

IR. 19.366

XX, 4<sup>a</sup>, n<sup>o</sup> 21

(Puro 2<sup>o</sup>)

P  
Lioniso de Monforte  
fx Vicente Aubio

fx Vicente Aubio  
estudiante en Castellon de

Faint, illegible handwriting in a cursive script, possibly from the 18th or 19th century. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side. The ink is light brown and the paper is aged and stained.

CIC. DE OFFICIIS  
LIBRI III.

CATO MAIOR, VEL DE SENECTVT  
LAELIVS, VEL DE AMICITIA:  
PARADOXA STOICORVM SEX:  
SOMNIVM SCIPIONIS, EX LIBRO  
SEXTO DE REPUBLICA.

Cum Annotationibus PAULI MANVTII,  
in margine adscriptis.

Accedit Henrici Farnesij Eburonis I. C. &  
Artis Oratoriae in Ticinensi Gym-  
nasio Interpretis Regij

De Officij Medij Simulacro, siue de Peccati virtu-  
tisq. Imaginibus εγχειριδιον.

Index rerum, & verborum.

*De Cato  
morillo*


*R. 19.366*



*caelo 974  
officiorum*

Papiae, Apud Hieronymum Bartolum. 1587.

*in stylo Lati. Barinontis*



PER ILLVSTRI VIRO  
IVLIO PALLAVICINO  
GENENSI PATRICIO.



*Henricus Farnesius Eburo S.*



I quid est, in humani ge-  
neris societate, quod lu-  
men habet virtutis &  
gloriæ, id iure quidem  
videtur, Iuli Pallauici-  
ne Vir Amplissime, in bono viro, qui  
obses est æquitatis & iustitiæ, residere:  
in te autem vno, qui omnia iura colis,  
vel ornas potius summa tua industria  
& virtute, non tam residere, quam pro  
summis tuis erga mortales officijs relu-  
cere. est autem officiorum duplex ra-  
tio: vna in virtutis amore, altera in pec-  
cati odio fundata; quæ omnis apud te  
sic est dispertita, vt virtutem domi sem

A 2 per

per omni disciplina alere: vitium foris  
nunquam non studueris ex hominum  
vita exterminare. Quare cum vtriusq;  
officij quasi quoddam in te simulacrū  
emineat, sitq. artis & ingenij peccatum  
vitare, probitatis magis virtutē sequi,  
nō tam interdum tres M. Tullij Libros  
de officijs Laudare, quam cur nihil se-  
paratim de peccato vitando scripserit,  
mirari soleo. Sed noluit, opinor, de re  
incerta, certum afferre iudicium. Est  
quippe peccatum ipso Proteo sæpè in-  
certius, vixq. unquam sui apparens si-  
mile. Atq; vt aliquādo Pauson Pictor,  
qui roganti receperat se picturum e-  
quum, imagine volutantis sese: pinxit  
tamen currentem, tum in dignante eo,  
cuius in expectatione erat imago: at il-  
le statim subuerte, tabulam, eo pacto  
non currere, sed volutari videbitur: ita  
ferè fit in moribus, vt qui affectus re-  
ctus habetur, si paulò inuertas statim ia-  
cens videatur & peruersus: & contra  
qui iniquus apparet, parua sæpè declina-  
tione iustus videatur, & nomen lau-  
demq.



demq. virtutis capere. quorsum? diffi-  
le est de vitio iudicare, quod ab agentis  
pendet voluntate: tam vtile tamen, vt  
haud sciam, an quicquam fit vtilius. Nã  
cũ virorum bonorum nec vnquam  
magna copia, & semper spes anceps &  
dubia fuit: eorum contra, qui de via de-  
flectunt, pascunturq. vitio, tanta sit elu-  
uio & redundantia, vt nihil sol viderit  
frequentius, quis non intelligit, aut etiã  
fatetur, virtutum amorem ad probos so-  
lũm, idest ad paucos viros pertinere:  
cautionem verò vitiorum ad omnes  
eos spectare, qui fruuntur hac luce?  
quare cum nemo sit, cuius vita nullis  
vitiorũ maculis sit obfessa, tibi me per-  
gratum facturum existimaui, si de pec-  
cati deformitate, eaq. fugienda aliquid  
ad communem vtilitatem scriberem.  
Nametsi ex ea stirpe vitam accepisti,  
ex qua nemo potest non ea virtutum  
germina, non eos gloriæ surculos de-  
fringere, qui cum spe, fructuq. efflore-  
scunt vtilitatis puplicę, exarescit tamen  
statim in vitiorum campo virtus, mori-

A 3 turq.

turq. repente, nisi radicitus conuellantur peccata: quid? peccati igitur, ut quasi suis lineamentis expressa cernatur imago, eiusq. maxime hominum animos a peccando summoueat turpitudine, statui quot quot in peccato sunt turpitudinum simulacra, hoc imitari penicillo, hisq. effingere coloribus, ut qui peccatum videat, is calamitatis, mortis, infamiae ac deniq; omnium malorum exemplar videat. eius autem deformitatis imagines sunt: Peccati detestatio: ἀντιπαράδοξον: Synonymia: allegoria: Apologus: fabula: Adagium: Physiognomia: Emblema: similitudo: Apophthegma: Hieroglyphicum: exemplum: prodigium: ac deniq; apud oēs gentes vetus peccati supplicium: quae omnia communi ferè signorum continentur nomine. Atque ut, in metaphora tegumentis, aliud sentimus, aliud intelligimus, sic in ipsis signis aliud apparet, aliud percipitur. est enim signum non oculorum sed iudicii. atque ut pictores non id volunt, quod pingunt, ostent.

ostendere, sed aliud quiddam ex suis pig-  
mentis significare: ita ex adagijs, ex fæ-  
bulis, ex Apologis & prodigijs aliud sen-  
tire solemus, aliud intelligere: in eoq.  
bonos medicos imitari, qui arteriam  
egrotantium tractant, non vt de arteria  
sed, vt de morte eorum, & vita iudi-  
cium ferant. quid? cur ex indole Phy-  
siognomus de animo iudicat? non quia  
animum videt, dum oris spectat li-  
neamenta, sed quoniam in ipsis linea-  
mentis morum videt monimenta, in  
quibus quasi quædam est animi figura.  
quid? signa qui videt, signorum signifi-  
cata non uidens, cæcus est videns, qua-  
sique Canis Aesopicus facile, dum rei  
vmbra sectatur, rem amittit. Nam  
quæ natura latent, in obscura rerum ca-  
ligine, nisi signis quasi quibusdam faci-  
bus incensis elucescant, aut omnino  
non videntur, aut certè fallunt intuen-  
tem. quocirca acris semper fuit inge-  
nij, doctrinæ non exiguæ signa intelligen-  
te: neque apud veteres vlli nisi sapienti  
licebat auguria, prodigia, portenta,


ostenta & huius generis recondita signa interpretari, nec id, meo quidem iudicio, temere. Non enim minoris sepe est studii signa, quam quæ signis monstrantur, cognoscere. Quare Aegyptii, ut hominum ingenia, opinor, ea arte veluti cote aliqua exacuerent, hieroglyphicis uti consueverunt, pro literis. Nam qui naturam signis loquentem non audit, hic & si fortè aurium sensu non caret, auribus tamen carens videtur rationis. Ego igitur veteres secutus tantum signis semper tribui, ut existimen esse neminem, qui rerum intelligendarum facilius possit perfringere re pagula, quam qui norit per signa, quasi per rimulas, in ipsam naturam, quæ rerum omnium est magistra, introspicere. in rebus enim etiam iacentibus summa sepe est virtutū imago: res quippe fluxæ & caducæ de cælo tamē genitæ nescio quid spirant cæleste, & diuinum. Nec vlla ferè sunt sapientiæ monumenta, quæ in rerum tegumentis non quasi diuinitus cernantur inuoluta. Atque illorum

lorum omnium simul signorum præsi-  
dio, omnia & vitiorum & virtutum ge-  
nera absolui que potui ex vniuersa mo-  
rali philosophia mutuari. idq. iudicio  
meo primum incitatus, deinde aucto-  
ritate Illust. Federici Borrhomæi con-  
firmatus, cuius voluntas tantum apud  
me habet ponderis, vt vim & naturam  
habeat necessitatis. Non quia illum,  
vt par est amo vnicè, sed quoniam is  
tanta est doctrina & probitate, vt cæle-  
sti ac propè diuino ingenio nomen qua-  
si superet doctrinæ, probitatemq; ipsam  
summa honest et vitæ sanctitate. Pla-  
cuit igitur ex duobus illis volumini-  
bus, hoc ἐγχειρίδιον veluti fragmen-  
tum, aut specimen aliquod excerpe-  
re ex quo poteris quod res est libare,  
& ego ex tuo aliorumq; iudicio odora-  
ri quid deinceps mihi sit de illis statuen-  
dum. illud interea qualecunq; est acci-  
pies, & ita a me accipies, vt ab eo, qui  
te sum in opere colat & obseruet, nihil  
que malit, quam studium officium, ac  
ope-

ope-

operam deniq; omnem suam ad tuam  
amplitudinem conferre. Vale.

*Inquisitor Papien.*



# INDEX RERVM, ET VERBORVM.

A		Aeacus.	25
Abstinentia Africani.	58	Aeginetis pollices præ-	
Academiæ ratio quid a ce-		cisi.	72
teris differat.	41	Aequitas lucet ipsa per	
Accusatio laudem peperit		se.	10
L. Crasso adolescenti	50	Aesopus, fabularum a-	
Accusatio multos illustra-		ctor.	29
uit.	ibidem.	Aetate vt, quisque ante-	
ccusatio quibus de caus-		cedit, ita sententiæ prin-	
sis suscipienda.	51	cipatum tenet in augu-	
Accusatoris nomê fugien-		rum collegio.	105
dum.	ibidem	Africani dictum pulcher-	
L. Acilius cur sapiens ha-		rimum. 23: eius absti-	
bitus.	112	nentia.	58
Actio cognitioni antepo-		Africanus censor.	
nenda.	38	Agésilus.	43
Actione in omni suscipiē-		Agis rex occisus.	59
da quæ consideranda		Agraria lex Philippi.	57
sint.	19	Agriculturarum volupta-	
Adolescentes quibus e re-		tes.	102
bus commendationem		Agriculturæ laus.	37
petere debeant.	50	Ajax Telamonius.	28
Adolescentiæ vituperatio.		Ajax tragœdia.	29
94		Alexander Macedo hu-	
Adolescentia multo plu-		manitate superatus a	
res, quam senectus, mor-		patre.	23
tis casus habet.	105	Alexander Phæreus, ab	
Adolescentum petulantia		vxore interfectus.	45
magis est, quam senū.	98	Amare quid sit.	133
Adolescentum imbecilli-		Amicorum paria.	114
tas consilij propria.	29	Amicitienē i inimicitias	
Adulari, passiue.	23	cōuertatur, cauedū.	128
		amici-	

I N D E X.

- Amicitia prima lex  
quæ. 132
- Amicitia termini. 123
- Amicitia verè in quibus  
reperiantur. 125
- Amici qui deligendi. 125
- Amicitia inter æquales  
magis elucet. 133
- Amicitia orta a natura,  
nô ab indigètia. 117:118.  
122
- Amicitias qua re propin-  
quitati præstet. 115
- Amicitia quid sit. 115
- Amicitia dissuere oportet,  
non præcidere.
- Amicorum omnia com-  
munia. 15
- Amicus tanquam alter  
idem. 129
- Amilcar Hannibalis pa-  
ter. 84
- Animi opera maiora,  
quàm corporis. 50
- Anio nihil diuinius. 138
- Animorum motus dupli-  
ces. 33
- Animorum naturæ æter-  
na. 152. cur mortalis esse  
non possit. 107: 109
- Animorū vis duplex. 26
- Animus cælestis ex altis-  
simo domicilio depres-  
sus in terrā. 108: in custo-  
dia corporis, quo ad  
Deo vř retinendus. 146
- Animus hoīs diues, non  
arca appellari debet. 136
- Annulus Cygis. 70
- Annum solis reditu me-  
timur. 151
- Annus vere vertens mul-  
ta hominum secula cō-  
plectitur. 137
- Antiopa tragœdia. 29
- Antipater Tyrius. 60: ei⁹  
opinio de honesto. 69
- Apellis Venus. 63
- Apollinis Pythij oracu-  
lum. 58
- Ἀποφύματα. 26
- Appetitus rationi lege  
naturæ subiectus est. 26
- Appius Claudius Cæc⁹,  
pacis cum Pyrrho dis-  
suasor. 93
- Aqua heret. 37
- Aquillij de dolo malo  
formulæ. 74.75
- Arati præclarum cōsiliū  
ad constituendā rēp. 59
- Aratus Sicyonius Nico-  
clē tyrannū occidit. 59
- Archytas Tarentinus. 99
- Areopagitas constituit  
Solon. 20
- Argantonius, artesio-  
rum rex. 106
- Aristidis sententia ad The-  
mistoclis consilio. 32  
eius auctoritas Athe-  
nis. ibidem. iustus. 65

Ari-



I N D E X

- Aquilli d. dolo malo for- Pœnis captus. 84 a  
 mulæ. 74 b 75 a Atreus 25 b. 85 b  
 Arati præclarum cõsilium Atricus cognomen Athe-  
 ad confirmandam temp. nis deporttuit. 90 a. P.  
 59 b Sulpicio multum uteba-  
 Aratus Sicyonius Nico- tur. III a  
 clé tyrannũ occidit. 59 b Attij poetæ de regno sen-  
 Archytas Tarétinus. 99 a tétia 80 b. eius de Atreo  
 Areopagitas constituit versus. 85 b  
 Solon. 20 a Auari plus semper appe-  
 Argantonius, Tartessio- tunt. 146 b  
 rum rex. 106 b Auaritia iniuriæ p̄cipua  
 Aristidis sentétia de The- causa. 9 b. Spartam per-  
 mistoclis consilio 32 b. ditura 58 b. ea nullum é  
 eius auctoritas Athenis. tertius vitium, ibidem.  
 ibid. iustus. 65 a eius vituperatio. ibidé.  
 Aristippus omne bonum Auaritia senili nil abiat-  
 in voluptate posuit. 88 a dius. 105 b  
 Aristo 5 b Augures maiores natu-  
 Aristo Chius de senectute ijs ét, qui cum imperio  
 te scripsit. 90 b sunt, anteponuntur. 96 b  
 Aristotelis opinio de pe- Auspicia quæ sint opti-  
 cuniarum effusionibus. ma. 92 b  
 53 b & de honesto. 69 b  
 Assentatio ab amicitia re- B  
 mouenda. 131 a Barguius Illyricus latro.  
 Astutiæ tollendæ 77 a 49 a  
 Athenæ exép̄is illustres. Beata vita, in quo conti-  
 4 a neatur, ex Metrodori sé-  
 Athenienses in Aeginetas tentia. 88 a  
 duri. 72 a Bella cur suscipiēda. 12 a  
 Atilius Calatinus, prima Bella iusta quæ. ibidem  
 rius popul. vir. 104 b Bellicæ res maiores ne  
 Atilius graece scripsit hi- sint vrbãis, an cõtra. 20 a  
 storiam. 88 a Belli gloria adolescētibus  
 Atilius Regulus, iterum a querenda. 50 b  
 Bellum Punicum tertiu  
 M. Cato-

I N D E X

- M. Catonis consilio illa- Biantis dictum. 124 b  
 tum. 21. a Bias omnium secum porta-  
 Bene agier quid sit. 75 a. bat. 137 a  
 77 a Bias sapiens. 135 b  
 Bene, & beate viuere ni- Bona bonis quæ antepo-  
 hil aliud dicitur, nisi hone- nantur. 61 a  
 ste, & recte viuere. 139 a Bona caduca, & incerta.  
 Benefacta male locata, ma 115 b  
 lefacta sunt. 54 b Bona ea sunt habenda, quæ  
 Beneficia in egentissimos secundum naturam sunt. 107 a  
 quosque precipue con- Bonitatem qui tollant. 67 b  
 ferenda. 15 a. 54 b Boni viri definitio. 78 b  
 Beneficia, quæ plurimi fa- Boni viri qui appellandi  
 cienda. 15 b sint. 115 a  
 Beneficentia Hercule in Boni viri qui sint. 77 a. 79 b  
 Deorum numerum retu Bonum solum honestum. 136 a  
 67 a Bonum summum, conue-  
 Beneficii immemorare om- nienter naturam viuere, e  
 nes oderunt. 55 a Stoicorum sententia. 64 b  
 Beneuolentiam colligendæ Bonum virum esse sem-  
 præcepta. 46 a per utile. 75 b  
 Beneuolentiam civium blam Bonus nemo miser esse  
 ditius, & assentionibus potest. 139 a  
 colligere turpe est. 25 a M. Brutus accusator. 51 b  
 Benignitas largitioni an- L. Brutus in liberanda pa-  
 teponenda. 55 a tria interfectus est. 107 b  
 Benignitas propensior es L. Brutus quid in patria li-  
 se debet in calamitosos. beranda spectarit. 137 a  
 15 a. 54 b  
 Benignitas quæ fit utilis Cæcilij veritas contra se-  
 reip. 55 a nequitiam. 65 b  
 Benignitas quas cautio- Cæcilius. 98 b  
 nes habeat. 13 b Cælare, & tacere non idem  
 Benignitate nihil homi- sunt. 69 a  
 nis uaturam accommoda- Cæsar, Catulæ patris fra-  
 rius. ibidem. ter. 33 b

I N D E X

- C. Cæsar dictator ciuium censor L. Mūmius. ibidē  
 bona vēdidit. 10 a. eius Cethegus 92 b. 143 b  
 largitiones nō liberales, M. Cetheg<sup>o</sup> suadē medul-  
 sed iniustæ. 13 b. regnādi la dictus ab Ennio. 102 a  
 cā, perue[n]t omnia. 9 b. Chrysippi dictum. 71 a  
 tyrannus dictus. 45 a Cicero consul. 60 b  
 Callicratidas nimio glo- Ciceronis ædilitas. 54 a  
 riæ studio, Lacedæmo- M. Tullij Ciceronis de op-  
 nijs nocuit. 21 a pressa coniuratione glo-  
 Callipho philosoph<sup>o</sup>. 89 a riatio. 20 a. ei<sup>o</sup> versus. ibi-  
 Calumniæ exempla. 11 a dem. Academicus fuit.  
 Calypso. 28 b 41 a. 66 a. eius de gloria  
 Can ius. 74 b libri duo. 47 a. de rep. 54  
 Carthago deleta. 12 a. e- a. eius ædilitas. ibidē. oēs  
 uersa a Paulli F. 58 b honores suo anno ade-  
 Cato Bruti auūcul<sup>o</sup>. 135 b ptus. ibidem. consul. 60 b  
 Cato Censorius Africani Cimon Theſſalus. 100 a  
 prioris fere æqualis. 62 a Cincia lex a Maximo lau-  
 sapiens dictus. 65 a. græ- data. 92 b  
 carum litterarum perſtu Cineas Theſſalus. 100 a  
 dio sus in senectute. 95 b Circe. 28 b  
 Cato inter Africanorum Ciuis quis sit. 141 b  
 ætates interiectus. 137 a Cleombrotus, inuidiā ti-  
 Cato maior. 37 b mens, Lacedæmonios  
 M. Cato miles. 92 a. eius perdidit. 20 b  
 consilio illatum tertium Clytēnestra, tragædia. 29 a  
 bellum Punicū. 21 a. eius Collatinus a Bruto colle-  
 de Carthagine suspicio. ga emissus. 70 b  
 94 a. eius dictū. 131 a. ei<sup>o</sup> Concordia fundamētum  
 egregia laus. 6 a. eius li reip. 95 a  
 ber de rebus rusticis. 103 Consilij capiendi delibe-  
 a. prætor. 92 a ratio triplex, vt videtur  
 Catuli optime latina lin- Panætio. 6 a  
 gua vtī pu[er]i abātur. 33 b. Consuetudinis maxima  
 eorū qualis sermo. 28 a vis est. 126 b  
 Censor Africanus. 58 b Conuiuia tēpestiua. 101 a  
 Con-

<p style="text-align: center;">I</p> <p><b>C</b>onuiuium melius Latinis, quam Græci nomina- rant. 100 b</p> <p><b>C</b>orinthus cur deleta. 12 a M ummio euerſa. 58 b. euerſa. 71 b</p> <p><b>C</b>orporis bona externis bonis anteponenda. 61 a</p> <p><b>L.</b>Crassus. 27 b. 33 b. eius ædificium munus. 50 a. eius ædilitas. 53 b</p> <p><b>M.</b>Crassus. 27 a. præ diui- nitijſ de honeſto non cu- rabat. 77 b</p> <p><b>P.</b>Crassus, cognomine Di- ues. 53 b. pontificij iuris, &amp; ciuilibus ſtudioſus. 105 a</p> <p><b>E</b>ratippus Peripatetico- rum princeps. 4 a. eius laus. 41 b. ætate Cicero- nis, philoſophorũ prin- ceps. 63 a. eius opinio de honeſto. 68 b</p> <p><b>C</b>uriæ Athenis. 55 b</p> <p><b>C</b>urio utilitatem præpo- nebat æquitati. 81 b.</p> <p><b>Man.</b>Curius. de Samniti- bus, de Sabinis, deq. Pyr- rho triumphauit. 103 a. eius villa ibidem. oblatũ aurũ repudiauit. 103 b. eius tenuitas vict. 137 b</p> <p><b>C</b>ynicorum verecundia. 32 a. 36 b</p> <p><b>C</b>yrus. 43 a. eius morien- tis ſermo, apud Xeno-</p>	<p style="text-align: center;">D E X</p> <p>phontera. 96 b. 109 a. P ſarum ſit rex, agricul raq. oblectatus eſt. 104 8</p> <p style="text-align: center;">D</p> <p><b>D</b>amon. 71 c</p> <p><b>D</b>ecorum. 24 7</p> <p><b>D</b>ecorum ab honeſto ſe parari non poteſt. 24 Ab honeſto quid diffe rat. ibidẽ. duplex deco rum ibidẽ. fuſum pero partes honeſtatis. ibidẽ poeticum decorum. 25 tribus in rebus poſitum 31 b</p> <p><b>D</b>eci j duo. 65 a. 137 d</p> <p><b>P.</b>Decius, quarto conſ latu, ſe pro rep. deuouit 100. a</p> <p><b>D</b>eliberanda ea nõ ſunt in quibus eſt turpis ipſa deliberatio. 69 b</p> <p><b>D</b>emetrius a Macedoni- bus relictus. 45 b</p> <p><b>D</b>emetrius Phalereus. 4 a 54 b</p> <p><b>D</b>emosthenes. 4 b. 51 a</p> <p><b>D</b>eos non nocere. 42 a</p> <p><b>D</b>eposita nõ ſemper red- denda. 83 a</p> <p><b>D</b>etrahedi ſe abſentibus ſtudium vtilioſam natu- ram ſignificat. 33 b</p> <p><b>D</b>icæarchi liber de interi- tu hominum. 43 b</p> <p><b>D</b>iligere oportet. cũ iudi-</p>
--	--

I N D E X.

caueris.	119 a	tem, & senectutem tulit.
Dinomachus philosophus	93 b.	quot annos vixerit.
89 b		ibid.
Diogenis Babylonii, Stoici, opinio honesto.		Epicurei peruertunt præcepta officii. 5 a
73 a		Epicuri de bono, & malo sententia. 88 b
Dionysius tyrannus. 71 b		diues non est, cui quæsitum opus est. 145 b
		Epigone tragoedia. 29 a
		Euripidis versus. 80 a. 86 a
diues qui fit. 144 b		exercitatio in omni re necessaria. 17 a. in senibus quid efficiat. 97 b
diuitiæ cur expectantur. 9 b		exilii definitio. 104 b
diuitiarum fructus in copia est. 132 a		exilium quibus terribile. 138 a
diuitias amare, parui, angustiq. animi est. 18 b		exules qui sint. 141 a
dolere malum, non esse philosophi, nonnulli affirmant. 85 a		F
dolus malus, quid. 75 a.		Q. Fabii Maximi laus. 272
75 b		Q. Fabius Maximus calidus. 272
domus viri honorati qualis esse debeat. 34 b		Fabricius iustus. 65 a. 81 a
M. Drusus 27 b		C. Fabricii mira iustitia. 81 a. cōtinentia. 137 b. 145 b
Duillius Pænos primus clas se deuicit 100 b. delectabatur cereo funali, & tibi- cine. ibid.		Fabula Platonis utilissima. 70 a
duodecim tabulæ de tutela. 75 a		Fenerari a Catone improbatum. 61 b
E		Feneratores ad medium lanum sedebant. ibi.
Eloquentiæ laus. 39 a. 51 a.		feriale ius. 11 b. cum hostibus commune. 86 a
56 a		fidei bonæ nomen latissimū. 77 a
Ennii versus 9 b. 13 a. 15 b.		fidei templum in Capitolio. 85 b
17 a. 22 a. 41 a. 54 b. 85 b.		
90 a. 92 a. 93 a. 94 a.		
Ennius præclare paupertatis fides vel nostri seruanda. b 13		

13 a. 86 a.	86. a	cile ad res iniustas impel-	
fides vnda dicta,	9 b	luntur.	18 b
fimbria	78 b	gloriæ cupiditas in maxi-	
L. Flaminius, e senatu eie-		mis animis, & ingeniis,	
ctus	100 b	9 b	
C. Flaminius tribunus pl.		gloriam e rebus bellicis pe-	
92 b		tere adolescentes debent,	
fortis animus duabus in re-	50 b		
bus cernitur. 18 a. fortissi-		gloriam qui cōtemnunt nō	
mus quisque, imperandi		reprehendendi.	19 b
cupidissimus.	ibi,	gloria tribus e rebus con-	
forti viro vis adhiberi non		stat.	47 a
potest.	86 b	Gorgias Leontinus, Isocra-	
fortitudinē quomodo defi-		tis magister. 93 a. centum,	
niant Stoici.	17 b	& septem compleuit an-	
fortitudo est dolorum, labo-		nos.	ibi.
rumq. contemptio.	88 b	C. Gracchi frumentaria lar-	
fortitudo sine iustitia, in vi-		gitio	57 b
uo.	17 b	Gracchi patris laus.	50 a
fortunam suis quisque fin-		Ti. Gracchum, qui secuti	
git moribus.	142 b	sint.	120 b
fraus odio digna maiore,		Græca verba latinis incul-	
quàm vis,	13 a	care, ridiculum.	28 b
fraus vulpeculæ propria,		Græcia, manante a Lacedæ-	
vis Leonis.	ibi.	monijs malo, cecidit.	59 a
		Græcorum consuetudo, vt	
<b>G</b>		ijs proponatur, de quo di-	
Gabinia lege quanta labe-		sputēt quāvis subito.	111 a
facta sit.	121 a	Græcorum nobiles victo-	
Gallus dimetiendi cæli, &		riæ sex.	17 b
terre studiosissimus.	101 b	gratiæ, æ pecuniæ compara-	
gemma in vitibus.	102 b	tio.	56 b
Geometræ non omnia do-		Gyges Platonis, ex pasto-	
cent.	68 b	re rex.	70 a
gloria, diuitiis anteponen-			
da.	61 a		
gloria cupidi homines fa-		Hannibal crudelis.	2 b. cal-
			idus

I N D E X.

lidus.	27 b.	83 b	
hasta bis in foro posita.	60 a	honesti vis.	72 a
Hecatonis Rhodij libri de officijs.	75 b. 81 b	honestum, natura laudabile.	7 b
Hercules in caelestium numero collocatus propter beneficia in humanum genus collata.	67 a	honestum nihil, quod iustitia vacet.	17 b
hæreditas optima quæ hæreditatis spes quid efficiat.	30 b 131 a	honestum quibus ex rebus confletur.	ibi.
Herodoti locus.	49 a	honestum quid sit, e stoicorum, Peripateticorum, Socraticis sententia.	64 a
Hesiodi locus.	14 b	honestum verum in sapientibus solis.	64 b
Hesiodus de stercoreatione verbum non fecit.	103 a	Hortensij cõdilitas.	53 b
Homerus auctor optimus.	83 b.	Hortensius, Ciceronis liber de laudibus philosophiæ.	41 a
multis ante Hesiodum sæculis fuit.	103 a	hortus altera succidia.	104 a
homines quidem nõ re, sed nomine.	17 a	hostis, olim peregrinus.	12 b
hoies secundum deos hominibus maxime vtilis.	56 a		
hominis propria appetitio principatus.	7 a	Ianus medius.	61 b
hominis propria veri investigatione.	ibi.	Iason Phæreus callidus.	27 b
in prudentia posita.	7 b	Imperator quis sit.	142 a
homo ceteris animantibus quantum præestet.	6 b	Imperia non semper expectenda.	18 b
homo solus ordinem sentit.	7 a	Imperij cupiditas in maximis animis, & ingenijs.	9 b
honestas a partibus quatuor manat.	7 a. 37 b	Imperium non est scelere quærendum.	81 a
honestas per se animos omnium movet.	47 a	Impij aduersus Deos, qui sint.	67 b
honestas partes quattuor.			b 2 Iniu-

I N D E X.

iniuria fit duobus modis.	13 a	iustitia, ofanium domina & reginal virtutum.	67
iniustitiæ duo genera.	9 a	iustitia seruanda etiam ad	
insipiente fortunato nihil		uersus infimos.	13 a
est intolerabilius.	123 b		
inquisitionibus nihil inuenit		Lacedæmoni senes appel-	
agricultura solertius.		labant amplissimum ma-	
	103 a	gistratum gerentes.	94 a
inuita Minerva, nihil de-		Lacedæmonii victoriæ cu-	
cet.	28 a	pidissimi.	17 b
iocandi genus duplex.	26 b	Lacteus orbis.	148 b
iocandi genus qualis esse		C. Lælii, & P. Scipionis fa-	
debeat.	ibidem.	miliaritas memorabilis.	
ira male laudatur a Peripa-		111 b. 114 b	
teticis.	23 a	C. Lælius semper eodem	
ira nihil recte fieri patitur.		vultu. 23 b. plenus hila-	
	34 a	ritatis. 27 b. cognomen-	
in omnibus in rebus repu-		to Sapiens. 49 a. 65 a.	
dianda est.	23 b	Q. Mucii scæuolæ Augu-	
irasci grauiter inimicis nō		ris focer.	111 a
oportet.	23 a	Largitio.	54 a. 55 a
iratorum, aut alioqui com-		Largitionem inconsultam	
motorum forma ipsa cor-		rapinæ sequuntur.	52 b
poris tota mutatur.	26 a	Largorū duo genera.	53 a
Isocrates 4 b. Gorgiæ Le-		Latronum leges quædam	
ontini discipulus fuit.	93	sunt.	49 a
a. vixit annos vno minus		Laudare se, indecorum.	
centum.	ibidem	34 b.	
Italicum bellum.	45 b	Leontinus Gorgias, Iso-	
iura belli.	11 b	cratis magister.	93 a
iustitiæ fundamentū quod		Leuctrica calanitas.	44 b
	9 a. 12 b	leges cur constitutæ.	49 b
iustitiam tollit ambitio,		leges quædam etiam inter	
	9 b	latrones.	49 a
iustitia nullum tempus va-		legis Cincinæ sunt. For Maxi-	
lere debet.	18 a	mus.	92 b
			legis



I N D E X.

legis xii. tabularum ver-  
 ba. 12 b extruendis villis. 35 a  
 legumlatores boni plus ludo, & ioco quatenus v-  
 profunt civitatibus, quam tendum. 26 b  
 boni imperatores. 20 a Lycurgus 20 b  
 lex Crassi, & Scævolæ de Lyfander dux Lacedæmo-  
 peregrinis. 72 a niorū. ibidē. a Lacedæmo-  
 lex de repetundis. 58 a niis expulsus. 59 a. Lacc-  
 Lex naturæ communē vti- dæmonius fuit. 28 a. 104 a  
 litatem spectat. 69 a Lysis Pythagoreus Epa-  
 lex Petronia, & Papia de minundam erudit. 38 b  
 peregrinis. 72 a  
 lex Voconia, a M. Catone Magisteria. 101 a  
 laudata. 93 b magnæ Matris Idæa sacra  
 liberales qui sint. 53 a 100 b.  
 liberalitas. 13 b magnanimitas. 37 b  
 liberalitas secundum natu malitia distat a prudentia.  
 ram. 66 b 77 a  
 liberalitatis duo genera. M. Manilius pauper fuit.  
 14 b 146 b  
 liberalitatis ratio duplex. L. Manlius dictator. 87 a  
 52 b. T. Manlius deterret tribu-  
 liber nemo, nisi sapiens: num pl. ab accusatione  
 142 b patris. 87 a  
 libertatis caussa omnis a M. Marcellus. 108 a  
 magnanimis viris susci- C. Marius. 138 b  
 pienda contentio. 19 a C. Marius a fide, iustitiaq.  
 libertatis proprium quid discessit. 79 a  
 sit. 19 a Marius Gratidianus. 76 a.  
 libido senectuti foedissima. prætor edicit populo,  
 31 a quid seruet. 75 a  
 C. Licinii Crassi lex de C. Marius septimum annū  
 sacerdotii 132. a post præturā iacuit. 79 a  
 loci & temporis vis quan- Marte nostro. 69 a  
 ta sit. 36 a Massilia in triumpho por-  
 Luculli magnificentia in tata. 46 a  
 b 3 Q. Ma-

I N D E X.

Q. Maximus Tarentum re-	cepit. 92 a.	mortuum fili-	um pro funere laudauit. 92 b	Q. Mucius, Porsenę inter-	ceptor. 137 a
memoria legēdis sepulcris	perdi putabatur. 95 a.	sene-	ctute minuitur. ibi.	L. Mummius censor.] 58	eius contumētia 142
mercari quod statim vendas	fordidum. 37 a	Næuij bellum Punicum	101 b		
mercatura quę probanda.	37 a	Næuij versus.	94		
mercenarij omnes sordidi.	ibid.	Naturę lex.	69		
Q. Metellus a legato suo	C. Mario accusatus. 79 a	natura est lex diuina, & hu-	mana. 66		
Metrodori de beata vita sē-	ntia. 88 a	natura quisque suam po-	tius, quā alienam sequi	debet. 28 b	
mētus omnis seruitus est.	144 a	natura non patitur, vt alte-	ri detrahamus, nostri com-	modi causa. 68 a	
Minerua Phidię	136 a	natura omnibus sequenda.	28 b		
Minos.	25 a	natura quas partes corporis	textit, eas tegere omnes de-	bent. 31 b	
modestia.	24 a	natura similitum sui appe-	tens est. 122 b		
modestia quid sit.	35 b	Nearchus Tarentinus.	99 b		
morositas senum aliquid ex-	cusationis habet. 105 b	Neptunus tres optiones	Theseo dedi- 94 a		
morti nihil tā simile, quā	somnus. 109 a	Nestor apud Homerum de	virtutibus suis sępissime	prędicat. 97 a	
mortuis religiosa iura tri-	buuntur. 114 a	Nicocles tyrannus occisus.	59 b		
Q. Mucij ædilitas.	53 b				
Q. Mucij Mancini sermo	qualis. 28 a				
P. Mucius.	50 b				
Q. Mucius, P. F. Iuriscons.	29 b				

C. Nor-

I N D E X.

C. Norbanus a	Sulpicio	officij persequendi rationes	
accusatus.	51 b	quinque.	41 b
Numantia deleta.	12 a	de Officijs libri, a Stoicorū	
T. Numicius trib. pl.	86. a	fontis deriuati.	5 b
Obiurgationum qui mo-		de Officijs libri non multū	
ditus	34 a	a Peripateticorum dog-	
M. Octauij frumentaria lar		mate differunt.	4 a
gitio	57 b	Officina nihil habet inge-	36 b
Cn. Octavius primus e sua		de Officio quæstio duplex.	
familia consul.	34 b	6 a	
Oeconomicus, Xenophon-		officiorum boni ratiocina-	
tis liber a Cicerone iam		tores esse debemus	17 a
sene versus	61 a	officiorum comparatio.	
officia alijs alia magis debē	37 b		
tur.	16 b	officiorum præcepta adole-	
officia a quattuor honesta-		scentiæ aptissima.	4 b
tis fontibus ducta.	83 b	officiorum tractatio in	
officia exprobrantium ho-		losophia vberrima.	62 b
minum odiosum genus.		officium adolescentis.	3 b
127 a		officium magistratus.	31 a
officia media.	64 b	officium peregrini.	31. a
officia pro ætatum ratione		officium priuati.	31 b
variantur	30 b	omnia præclara, rara.	128 b
officia senum.	31 a	onera maxima, senectus &	
officia splendidissima, quæ		paupertas.	93 b
ab animi magnitudine or		opes cum infamia non uti-	
riuntur.	17 a	les.	81 a
officij amplius do, & laus.	4 b	Opifices omnes sordidi.	
officij deliberatio triplex.	37 a		
63 b		Opinionem hominum de	
officij descriptio.	6 a.	& se negligere, arrogatis est.	
26 a		25 a	
officij deferendi causæ.		Opipare paratum conui-	
10 a		uium.	74 b
officij diuisio.	6 a	orationes duplex ratio.	51 a
		b 4	Oratio-

I N D E X.

orationis vis duplex.	33 a	Pascere bene, prima virtus in re familiari.	61
orationis propriam quid fit.	4 b	patriæ caritas quanta.	16
orbium celestium ordo.		patroni civitatum, & nationum qui essent.	12
149 a			
ordo quid fit.	35 b	L. Paullus, focer filii M. C.	
Origines, Catonis liber.		tonis.	93
108 a		paupertas contra naturam.	66
Opus.	44 a	paupertas, & senectus maxima onera putantur.	93 b
otium languorem affert.			
62 a			
<b>P</b>			
Panætii opinio de honesto.	64 a	Pausanias, dux Lacedæmoniorum.	20
Panætius.	43 a. 52 a	Peccandum non est amico causa.	12
Panætius, Africani præceptor.	23 b	Peccare est tamquam linciam transire.	139
Panætius defenditur a Cicerone.	69 a	peccata esse equalia.	139
Panætius de officiis accuratissime scripsit.	63 a	pecunia corrupti, fideles esse non possunt.	52
Panætius duas res in suis libris prætermisit.	61 a	9 b	
Panætius locum de officiis prætermisit.	63 b	pecuniam contemnere, magnificum est.	18
Panætius reprehensus.	5 a	pecunia non quærenda solum, sed etiam collocanda.	49 b
C. Papirius.	131 a	Pelopis regnum iniquum.	88 b
Consul legem tulit de tribunus pl. reficiendis.			
132 a			
Papus Aemilius C. Luscinio familiaris.	120 a	perduellis.	12 b
παραδοχα maxime Socratica.	136 a	Pericles.	43 b.
Parsimonia, magnum veretiga.	146 a	Græciæ.	54 b
		periculis sine causa offerre se, stultum est.	21 b
		periculosarum actionum.	

multiplex ratio.	120	dis.	38 a
Peripatetici, quod iracundiam laudent, notati.	23 a	17 b.	eius locus. 7 b.
perjurium quid sit.	86 a	9 a.	eius præclara sententia. 9 a. eius dictum in philosophos. 10 a. Diogenem erudit.
perniciosa vitæ summa, intelligentiæ simulatio in malitia.	77 b	Pocula minuta, & rorantia.	35 b
Phaeton Solis filius.	83. a.		101 a
ictu fulminis deflagrauit.		Polycleti signum.	142 a
ibidem.		Pompeii Magni dictum honorificum in Cæsarem.	
Phalaridis mors.	45 b.	21 a.	eius theatrum. 54 b.
crudelis tyrannus fuit.	68 a		reprehensus. 80 a
Philippi ad Alexandrum epistola.	52 b.	Pomponius tribunus pl.	
Agraria.	57 b.	tribunus ætatori.	87 a
pl.		ibidem.	
L. Philippi iniusta sententia.	81 a	T. Pontii centurionis vires.	
L. Philippus.	27 b.	Pontii Samnitis dictum de avaritia.	58 a
Philosophiæ defensio.	41 a	Pontius Samnis.	99 b
Philosophiæ nomen quibusdam inuisum.	40 a	Posidonius, Panætii discipulus.	63 b.
Philosophiæ pars de officiis vberissima.	62 b	de officiis scripsit.	ibidem.
Philosophiæ quando, & quibus rationibus adductus operam dare cœperit Cicero.	40 a	præclara omnia rara.	128 b
Philosophiæ quid.	40 b	prandia decimæ nomine.	54 a
Philosophi in quo peccent.	10 a	principatum appetere, hostinis proprium.	7 a
Philosophi qui.	38 a	priuatam vitam multi conluere, vt tranquille vineant.	19 a
pirata communis hostis omnium.	86 a	priuata nulla natura, sed occupatione, victoria, lege, pactione, condicione, sorte.	8 b
Pisonis lex de repetundis.			

Pri-

I N D E X.

Privata vita otiosior, pu-	Pythias.	71
blica fructuosior.	19 a Pythius alimentarius.	74
Prodigi qui.	53 a	
promissa non seruanda.	Quaestio de honesto, &	
82 b. 83 a	utili.	72 b
promissis quando standum		
non sit.	11 a Ratione utentium duo ge-	
Propylæa.	54 b nera.	42 a
Prudentiæ, & sapientiæ di-	rectum ita iustum, si vo-	
scrimen.	38 a luntarium.	10 a
Prudentia in quo sita.	7 b. Reges cur instituti.	49 b
77 a	regnandi cupiditates un-	
Prudentia quid.	35 b de existant.	69 b
Prudentia senectutis est.	regni fides nulla.	9 b
94 b	Regulus, captus a Pœnis.	
Prudentia sine iustitia no-	13 a	
cet.	47 b Regulus Atilius.	107 b
Proemæus, Aegypti rex, rei familiaris augendæ qui	rei familiaris augendæ qui	
Arati Sicyoni hospes.	modus.	24 a
69 b	Reip. præfuturis duo Pla-	
pulchritudinis duo gene-	tonis necessaria præce-	
ra.	32 b pta.	22 b
Pyrrhi, & Hannibalis dissi-	Reip. rectores legum simi-	
miles mores.	118 a les esse debent.	23 b
Pyrrhi præclara sententia.	repetundarum lex.	58 a
12 b	Republicæ maxime per-	
Pyrrho.	5 b adolescētulos labefacta-	
Pyrrho se Macedones de-	tæ, a senibus sustentatæ.	
diderunt.	45 b 94 b	
Pyrrhus Acacides.	12 b rhetorum canus.	17 a
Pyrrhus bellū intulit Ro-	Romanarum Regionū for-	
manis.	81 a titudo animi.	108 a
Pythagoras. 16 a. eius se-	Romani populi Cannen-	
ueritas.	27 b siclade, animi magnitu-	
Pythagoreorum mos in e-	do.	72 a
xercenda memoria.	98 b Romani quibus popularis vi-	
	ctis.	

I N D E X.

Etis ciuitatē de	erūt. 11 b	stultissimus iniquissimo	
Romani viri illi	stres bel-	109 b	
lica laude.	17 b	Scæuolæ pōtificis laus.	118
Romulus inu-	us. 71 a.	a.pontifex maximus.	77 a
quibus gradibus in celū	M.Scaurus.20 b. 27 b.	eius	
adscenderit.	137 a	filius damnatus.34 b.	eius
Roscium Amerinū adole-		ædilitas. 53 b	
scēs defendit Cicero.	52 a	Scientiæ cupiditate omnes	
Rupilius fabulatum actor.		trahimur.	8 a
29 a		Scipio Africanus, Paulli fi-	
P.Rutilius.	50 b	lius,eloquētia cumulauit	
Rutilius Rufus, Panætij		bellicam gloriam.	29 b
auditor.	63 b	Scipio ambitiosus, & tri-	
		stis.	27 b
S		Scipio Nasica Ti. Gracchū	
Sacra familiarum.	16 a	interemit.	20 b
Saguntini.	140 a	Scipiones duo. 65 a, 108 a	
C.Salinator. 91 b.	Taren-	Scipiones duo, propug-	
tum amisit.	92 a	cula belli Punici.	137 b
sanguinis coniunctio vin-		Scipionis Africani dictum.	
culū caritatis.	16 a	62 a. eius filius minorem	
sapiens, qui sibi non pro-		Africanū adoptauit. 30 b	
dest, nequidquā sapit. 75 a		P.Scipionis Nasicæ sermo	
sapientes septem, non ta-		qualis.	28 a
men omnino sapientes		Scipionis virtutes. 113 a,	
65 b. 112 b		113 b	
sapientiæ laus.	40 b	Scipio Numantiā excidit	
sapientia in quo sita.	7 b	20 b	
sapientia nōnulli quo mo-		Scipio paucis ante mor tē	
do interpretentur. 115 a		diebus, triduum de rep.	
sapientiā princeps virtu-		differuit.	114 a
tum.	38 a	P. Scipio pontifex maxi-	
sapientia quāda prudentia		mus.	102 a
differat.	ibidem	Scipio tribunus militū in	
sapientia quid sit. ibidem		Africa.	147 a
sapientissimus quisque æ-		Senator nō est, qui iure iu-	
quissimo animo moritur,		rando	

I N D E X.

- rando hostium tenetur. *Plum.* 13  
 84 a seruituti, & turpitudini ar  
 Senectus accusatur non reponenda mors. 21 b  
 propter ætatem, sed pro- seruorum in sua condicio  
 pter mores. 91 b 13 a  
 Senectus natura loqua- seueritate sublata, admini-  
 cior. 103 a strari ciuitas non potest  
 Senectus quattuor de caus 23 a  
 sis mira videtur. 93 b Sicyon per annos quadra-  
 Senectutis arma sunt exer- ginta a tyrannis obsessa.  
 citationes virtutum. 92 a 59 b  
 Senectutis honestum do- Silani ædilitas. 53 b  
 micium Lacedæmone. simulatum nihil diutur-  
 105 a num est. 50 a  
 Senectutis modica seueri- simulatum nihil in amici-  
 tas probatur. 106 a tia. 117 b. 131 b  
 Senectutis vituperatio. societas inter quos. 115 a  
 a societas præstâtissima quæ.  
 senes in adolescentium ca- 16 b  
 ritate acquiescunt. 133 b societatis humanæ gradus  
 senibus conceditur, vt de 15 a  
 se dicant. 97 a societatis humanæ vincu-  
 senili auaritia nihil absur- lum. ibidem.  
 dius. 106 a Socrates. 140 a  
 senis sermo quietus, & re- Socrates *ἔιπων* 27 b  
 missus, decorus est. 96 b Socrates quam ad glorio-  
 senum morositas aliquid sam viam traderet. 49 b  
 excusationis habet. 105 b Socrates, salientissimus  
 sepulcra communia pro- Apollinis oraculo iudi-  
 pinquis inter se. 16 a catus. 108 b  
 Sergius Orata. 76 a Socrates semper eodem  
 sermonum suauitas, amici vultu. 23 b  
 tiæ condimentum. 126 a Socrates senex fidibus di-  
 Seruilius Ahala Sp. Me- dicit. 95 b  
 lium interemit. 103 b Socratici in sermone maxi-  
 fernis quo modo vten- me excellunt. 33 b

Socratis



I N D E X.

Socratis opinio de honore & aetate, studiose exquiruntur.	64 a	9 a
Sodalitates Cretone quæ a Stoicorum inuerecundia auctore confutantur.	100 b	32 a
Solitarium nihil natura a Stoicorum opinio de communitate.	130 b	modis connumerandis
Solitudo languorem affert.	62 a	8 b
Solon furorem simulauit.		Stoicorum oratio. 135 b
27 b		Stulto nemini bene esse potest. 139 a
Solonis, & Themistoclis comparatio.	20 a	140 b
Solonis præclarum dictum	192 a	C. Sulpicius astrologiæ studiosus. 8 a
Solonis sapientis elogium	107 b	P. Sulpicius C. Norbonum accusauit. 51 b.
Sophocles a Pericle reprehensus. 35 b.	2 filijs in iudicium vocatus. 95 a	111 a
Sophoclis dictum egregium de rebus Venereis.	101 a	Summum ius summa iustitia. 11 a
Sparta propter auaritiam peritura.	58 b	Superbia in prosperis rebus fugienda. 23 b
Sponsio, ni bonus vir esset Pythias.	18 b	Superiorem parem esse inferiori, maximum est in amicitia. 126
Statii poetæ versus:	95 b	Sylla. 27 b
Statuæ veterum ornatu ferre militari.	17 b	L. Sylla ciuium bona vendidit. 60 a
Stoici honestum solum bonum esse dicunt.	64 a	Syllæ in victoria crudelitas. 46 a
Stoici splendidus de officio, quàm Academicum, aut Peripatericum, differuerunt.	66 a	Syllæ largitiones, non liberales, sed iniustæ. 14 b
Stoici, vnde verba sint ducta.		T
		Tabulæ nouæ iniustæ. 60 a
		Tantali regnum iniquum 80

80 b		
Tarquinius exsul.	123 b	Valerius C. ruinus ad cen-
Tartessiorum regis ætas.		tesimum annum vixit
106 b		104 b
Temperantia.	24 a	Valetudinis tuendæ ratio
Tempestiua conuiuia.		60 b
101 a		Vestigalia urbana rusticis
Terentii locus.	37 a. 105 b	anteponenda. 61 a
Terentius, Lælii familia-		Venditor, lege XII tab-
ris.	131 a	præstabat tantum uitia
Themistocles.	20 b, 27 b.	quæ lingua nuncupata est
43 b. 57 a. 72 b. 92 a.		sent. 76 a
121 a		Ver adolescentiæ compa-
Theophrastus.	4 b. 53 a.	ratur. 106 b
55 b		Verecundia. 24 a. 25 a.
Thesei optata tria.	17 b	32 b
Timo Atheniensis congres-		Verecundia, maximum a-
sus hominum fugiebat.		micitiæ adiumentum.
130 a		129 b
Timotheus, Cononis fi-		Verecundia sublata, nihil
lius.	29 b	rectum, aut honestum est
Tribuni pl. hostibus dedi-		37 b
ti.	86 a	Veri inuestigatio hominis
Tributorum finis.	58 b	propria. 7. a
Tœ zene.	72 a	Veritas molesta est. 131 a
Tuditanus.	92. b. 101 b	Versus in Vlysses. 83 b
Turbe mutatur tempore.		Vestitus quæ ratio 32 b
65. a		Veterrima quæque de-
Turpe nunquam vtile.		bent esse suauissima.
69. b		126 b
Turpio Ambiuius.	101. b	Veturius, hosti deditus.
Turpitude maxime contra		85 b
naturam.	69 a	Viam erranti non mōstra-
Tyrannorum fere uiolen-		re, Athenis execratio-
tia mors. 45 a. 59 a. 65 a		nibus publicis sancitum.
		69 b

I N D E X.

69 b Villa locuples quibus re- lacra in belluis. 152  
 bus abundet. 103 b vita, deserta ab amicis, iu- Viscellinus 1202  
 Vires celeritati anteponen- cunda esse non potest. 612 1242  
 dae. 612 1242  
 Virgula diuina 39 a vitæ finis optimus. 1072  
 Viriathus Lusitanus a C. vitam multi, & ij docti de-  
 Lælio fractus, & comminu- plorarunt. 1102  
 tus. 49 a vitia animi grauiora, quàm  
 virtus amans sui est. 132 a corporis, ac fortunæ.  
 virtus amitti non potest. 67 a  
 146 b vitis, natura caduca. 102 b  
 virtus cum quo consentiat. vlciscendi modus. 11 b.  
 139 b 44 a  
 virtus omnis tribus in re- Vlysses 28 b  
 bus fere vertitur. 43 b Vlysses militiam simulatio  
 virtus quanti æstimanda. ne insanix subterfugere  
 146 a voluit 32 b  
 virtus tenera, & tractabilis voluptas omnis, honestati  
 est. 122 b contraria. 89 a  
 virtutem quomodo non- voluptas plurimorum pa-  
 nulli interpretentur. trociniis defenditur.  
 116 a 137 b  
 virtutem vnã qui habet, voluptate nulla pestis capi-  
 an omnes habeat. 47 b talior. 99 a. 99 b  
 virtute nihil amabilius. voluptates agricolarum.  
 118 a 102 b  
 virtute qui præditi sunt, so voluptates, blandissimæ do-  
 li sunt diuites. 146 b minæ. 48 b  
 virtutes inter se pares. voluptatis appetitum om-  
 139 b nes fere propter verecun-  
 virtutes vt cæque lenio- diam occultant. 27 a  
 res, ita amabiliore. 14 a vox, clara & suaui esse de-  
 virtutis opinio amicitix cõ- bet. 33 a  
 ciliatrix. 120 b vtile ab honesto separari  
 Virtutum quarundam simu non debet. 43. a  
 Vi-

I N D E X.

Vtilitas communis secundum naturam. 67 b. 69 a  
vtilitatum comparatio. 61 b  
vt inter bonos bene agier. 75 a. 77 a

suauis fuit. 28 a  
Xenophon's libri admodum vtilis. 104 a  
Xenophon's locus, 29 b  
Xenophontis Socratici liber de re familiari. 61 a

X

Xantippus Lacedæmonius

Pænorum dux.

82 a

Xenocrates sermone in-

Z  
Zenonis opinio de honesto. 69 a

F I N I S.

4

M. TVLLII CICERONIS  
OFFICIORVM  
AD MARCVM FILIVM  
LIBER I.



**Q**UANTO te, Marce fili, an Principē  
num iam audientem Cratippum, in doctri-  
na Peripa-  
idque Athenis, abundare oportet tetica. fa.  
præceptis, institutisq. philosophiæ, ep. 16. l. 12  
& 21. l. 16  
Propter summā et doctōris auctoritatem, & vr & hic 63.  
bis; quorum alter te scientia augere potest, alte- & 89.  
ra exemplis: tamen, vt ipse ad meam utilitatem  
semper cum græcis latina cōiunxi, neq; id in phi-  
losophia solum, sed etiam in dicendi exercitatio-  
ne feci; idem tibi censeo faciendum; vt par sis in  
vtriusque orationis facultate. quam quidem ad  
rem nos, vt videmur, magnum attulimus adiu-  
mentum hominibus nostris; vt non modo græca  
rum litterarum rudes; sed etiam docti aliquantu-  
lum se arbitrentur adeptos & ad dicendum, & suscipie-  
nem.  
ad iudicandū: Quamobrē discēs tu quidē a prin-  
cipe huius ætatis philosophorum, et discēs, quam  
diu voles: (quam diu autē velle debebis, quod ad  
te, quantum proficias, non pænitebit) sed tamen  
nostra legentis, non multum a Peripateticis dissi-  
dentia, (quoniā vtriq; & Socratici, & Platoni-  
ci esse volumus) de reb. ipsis vtere tuo iudicio:  
nihil. n. impedio: orationem autem latinam pro-  
runt.

B secto

fectio legendis nostris officies pleniorē. nec vero  
 hoc arroganter dictum existimari velim. nā phi-  
 losophandi scientiam concedens multis: quod est  
 oratoris proprium, apte, distincte, ornateq. dice-  
 re, quoniam in eo studio ætatem consumpsi, si id  
 mihi assumo, uideor id meo iure quodā modo uin-  
 dicare. Quamobrē magnopere te hortor, mi Ci-  
 cero, ut nō solum orationes meas, sed hos etiam  
 de philosophia libros, qui iā se illis ferē æquarūt,  
 studiose legas. vis enim dicendi maior est in illis:  
 sed hoc quoq; colendum est æquabile, & tempe-  
 ratum orationis genus. & id quidem nemini vi-  
 deo Græcorum adhuc contigisse, ut idem utroq;  
 in genere laboraret, sequereturq. & illud foren-  
 se dicendi, & hoc quietum disputandi genus. nisi  
 forte Demetrius Phalereus in hoc numero habe-  
 ri potest, disputator subtilis, orator parum vehe-  
 mens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum  
 exceptis, possis agnoscere. nos autem quantum in utroque  
 profecerimus, aliorum sit iudicium: utrunq; cer-  
 te secuti sumus. equidem & Platonē existimo,  
 si genus id forense dicēdi tractare voluisset, gra-  
 de clarissimè, & copiosissime potuisse didere; & De-  
 mosthenem, si illa, quæ a Platone didicerat, te-  
 nuisset, & pronunciare voluisset, ornate, splendi-  
 deq. facere potuisse. eodemq. modo de Aristote-  
 le, & Isocrate iudico: quorum uterq; suo studio  
 delectatus, contempsit alterū. Sed, cum statuis-  
 sem aliquid hoc tēpore ad te scribere & multa  
 posthac,

Parē fere  
 laudē cō-  
 secuti.

Oratiōe  
 n. in fo-  
 ro ad iu-  
 dices ha-  
 bebantur  
 exceptis,  
 quæ in se-  
 natu, ut  
 Catilina-  
 riæ. in li-  
 de claris-  
 orat. Sua-  
 uis, sicuti  
 fuit, vide-  
 ri malu-  
 it, quāuis  
 vide & in  
 Orator.

posthac, ab eo exordiri volui maxime, quod & Tū quia  
 etati tuæ esse aptissimum, & auctoritati meæ consula-  
 gravissimam, cū multa sint in philes phiarīs, tū et  
 & gravia, & utilia, accurate, copioseq. a philo- q̄a patet,  
 sophis disputata; latissime patere videntur ea,  
 quæ de officijs tradita ab illis, & præcepta sūt.  
 nulla. n. vitæ pars, neq; publicis, neq; privatis,  
 neq; forensibus, neq; domesticis in rebus, neq; si  
 tecum agas quid neq; si cum altero contrahas,  
 vacare officio potest: in eoq. colendo sita vitæ est  
 honestas omnis, & in negligendo turpitudō. At  
 que hæc quidem quæstio communis est omnium  
 philosophorum. quis est. n. qui nullis officiij præ-  
 ceptis tradendis, philosophum se audeat dicere?  
 sed sunt nonnullæ disciplinæ, quæ, propositis ma-  
 lorum, & bonorum finibus, officium omne per-  
 uertunt. nam qui summū bonum sic instituit, ut  
 nihil habeat cum virtute coniunctū; idq; suis cō-  
 modis, non honestate, metitur; hic si sibi ipse con-  
 sentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur;  
 fit, ut neq; amicitiam colere possit, nec iusti-  
 tiam, nec liberalitatem, fortis uero, dolorē sum-  
 mum malum iudicans, aut temperans, volupta-  
 tem summum bonū statuens, esse certe nullo mo-  
 do potest. quæ quanquam ita sunt in promptu, ut  
 res disputatione nō egeat; tamē sunt a nobis alio  
 loco disputata. Hæ disciplinæ igitur, si sibi con-  
 sentaneæ esse velint, de officio nihil queāt dicere:  
 neq; vlla officiij præcepta firma, stabilia, coniūcta  
 pars est.

Vt Epicurus.

Tres mo-  
 rales vir-  
 tutes, iu-  
 stitia, for-  
 titudo, tē-  
 perantia,  
 quas, &  
 Aristote-  
 les agno-  
 scit. nā li-  
 beralitas  
 iustitiæ  
 pars est.

Solā ho- naturæ tradi possunt, nisi aut ab ijs, qui solam,  
 nestatem out ab ijs, qui maxime honestatē propter se di-  
 Stoici, cant expetendam. itaq; propria est ea præceptio  
 maxime Stoicorum, & Academicorum, & Peripateti-  
 autē, sed corum. quoniam Aristonis, Pyrrhonis, & He-  
 nō solā rilliam pridem explosa sententia est: qui tamen  
 Peripate se- haberent ius suum disputādi de officio, si rerum  
 tici se- queban- aliquem delectum reliquissent, ut ad officij inuē-  
 tur. tionem aditus esset. Sequemur igitur, hoc quidē  
 Absēsum n. sustine- tempore, & in hac quæstione, potissimum Stoi-  
 bant. cos, nō ut interpretes; sed, ut solemus, e fontibus  
 eorum, iudicio, arbitrioq. nostro, quantum, quoq;  
 modo videbitur, hauriemus. Placet igitur, quo-  
 niam omnis disputatio de officio futura est, ante  
 definire, quid sit officiū: quod a Panætio præter-  
 missum est miror. omnis. n. quæ a ratione suscipi-  
 tur de aliqua re, institutio debet a definitione pro-  
 ficisci; ut intelligatur, quid sit id, de quo dispute-  
 tur. Omnis de officio duplex est quæstio. vnum  
 genus est, quod pertinet ad finem bonorum: alte-  
 rum, quod positū est in præceptis, quibus in om-  
 nes partes vsus vitæ cōformari possit. superioris  
 generis huiusmodi exēpla sunt: omnia ne officia  
 perfecta sint, nunquid officium aliud alio maius  
 sit: & quæ sunt generis eiusdem. Quorum autē  
 officiorum præcepta traduntur, ea quamquam  
 pertinent ad finem bonorum, tamen id minus ap-  
 paret, quia magis ad institutionem vitæ commu-  
 nis spectare videntur. de quib. est nobis his libris

expli-



explicandum. Atq; etia <sup>7</sup> alia diuisio est officij.  
 nam & medium quoddam officium dicitur, &  
 perfectum. perfectum autem officium, rectum,  
 opinor, docemus, quod Græci κατ' ῥῆσιν, hoc au-  
 tem commune, quod ἰν καθ' ἑαυτὸν vocant. atque ea  
 sic definiunt, vt, rectum quod sit, id perfectum of-  
 ficiū esse definiant; medium autem officium, id  
 esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis  
 reddi possit. Triplex igitur est, vt Panætio vide-  
 tur, consilij capiendi deliberatio. Nam, honestū  
 ne factum sit, an turpe, dubitant; id quod in deli-  
 berationem cadit. in quo considerando, sæpe ani-  
 mi in contrarias sententias distrabuntur. Tū au-  
 tem inquirunt, aut consultant, ad vitæ commodi-  
 tatem, iucunditatemq., ad facultates rerum, at-  
 que copias, ad opes, ad potentiam, quibus & se  
 possint iuuare, & suos, cōducant id, nec ne, de quo  
 deliberant: quæ deliberatio omnis in rationem  
 utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cū  
 pugnare videtur cum honesto id, quod videtur es-  
 se utile. cum. n. utilitas ad se rapere, honestas cō-  
 tra reuocare ad se videtur; fit, vt distrabatur in  
 deliberando animus, afferatq. ancipitem curam  
 cogitandi. Hac in diuisione, cum, præterire ali-  
 quid, maximum vitium in diuidendo sit, duo præ-  
 termiſsa sunt. nec enim solum, vtrum honestum,  
 an turpe sit, deliberari solet; sed etiam, duobus  
 propositis honestis, vtrum honestius; itemque,  
 duobus propositis utilibus, vtrum utilius. ita,

Quæ Ci-  
 cero ma-  
 xime se-  
 curus est  
 in his li-  
 bris. Rho-  
 di natus  
 est: inter  
 Stoicos  
 excellu-  
 it: docuit  
 minorē  
 Africanū

A Panæ-  
tio.

quam ille triplicem persequitur esse rationem, in quinque partes distribui debere reperitur. primum igitur est de honesto, sed dupliciter; in pari ratione de utili, post de comparatione eorum differendum.

**Præclara** Principio, generi animantium omni est a natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videantur; omniaque, quæ sint ad viuendum necessaria, inquirat, & paret, genere ad ut pastum, ut latibula, ut alia eiusdem generis. partes, & commune item animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa, & cura que- ad vnũ illud, quod dam eorum, quæ procreata sunt. sed inter homi- propo- nem, & belluam hoc maxime interest, quod hæc- tũ nobis tantum, quantum sensu mouetur, ad id solum, ē; oratio quod adest, quodque præsens est, se accommodat, deducit paullulum admodum sentiens præteritum, aut futurum: homo aut, qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia, & causas rerum videt, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque præsentibus adiungit, atque annectit futuras; facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias. Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini et adorationis, & ad vitæ societatem, in generatque in primis præcipuum quendam amorem in eos, qui prodesertus, creati sunt; impellitque ut hominum cætus & celebrari inter se, & sibi obedire velit; ob easque causas studeat parare ea, quæ suppeditent ad cultum,

Pro coi-  
re. ex quo  
celebris  
locus, &  
desertus,  
opponun-  
tur.

& ad victum nec sibi solum, sed coniugi, liberis, ce-  
 terisq. quos caros habeat, tueriq. debeat. quæ cu-  
 ra exsuscitat iam animos, & maiores ad re-  
 gerendam facit. in primisq. hominis est propria  
 veri inquisitio, atque inuestigatio. itaque cum su-  
 mus necessarijs negotijs, curisq. uacui, tum aue-  
 mus aliquid uidere, audire, ac discere; cognitio-  
 nemq. rerum aut occultarum, aut admirabiliũ,  
 ẽd bene, beateq. viuẽdum necessariam ducimus.  
 ex quo intelligitur, quod uerum, simplex, since-  
 rũq. sit, id esse naturæ hominis aptissimũ. Huic Natura e-  
 veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quæ nim oẽs  
 dam principatus; ut nemini parere animus bene homines  
 informatus a natura uelit, nisi præcipienti, et do- scire desi-  
 centi, aut utilitatis causa iuste, & legitime im- derant..  
 peranti: ex quo animi magnitudo existit, huma-  
 narumq. rerum contemptio. Nec uero illa par-  
 ua uis naturæ est, rationisq. quod unum hoc ani-  
 mal sentit, quid sit ordo, quid sit quod deceat in  
 factis, dictisq. qui modus. itaque eorum ipsorũ;  
 quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pul- Cũ oculo  
 chritudinem, venustatem, conuenientiam partiũ rũ sensu  
 sentit. quam similitudinem natura, ratioq. ab o- bruta  
 culis ad animum transferens, multo etiam ma- quoq; u-  
 gis pulchritudinem, constantiam, ordinem in con- tatur, or-  
 silijs, factisq. conseruandum putat; cauetque, ne dinem ta-  
 quid indecore, effeminate uel faciat, tum, in omni- mẽ in sẽ-  
 bus & opinionibus, & factisne quid libidinose filib. non  
 aut faciat, aut cogitet. quibus ex rebus cõflatur agnoscut

Hoc ex- & efficitur id, quod quærimus, honestum; quod  
 planatur etiam si nobilitatum non sit, tam honestum sit;  
 proxime quodq; vere dicimus, etiam si a nullo laudetur,  
 sequenti  
 bus ver- laudabile esse natura. Formam quidem ipsam,  
 bis. Marce fili, & tanquam faciē honesti vides: quæ  
 In Phæ- si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait  
 dro. Plato, excitaret sapientia. Sed omne, quod ho-  
 Fons .n. nestum est, id quattuor partiū oritur ex aliqua:  
 unde ma- nestum est, id quattuor partiū oritur ex aliqua:  
 nat sapiē aut .n. in perspicientia veri, sollertiaq. versatur;  
 tia, hone aut in hominum societate tuenda, tribuendo suū  
 stum est. cuique, & rerum contractarū fide; aut in animi  
 Vnam .n. excelsi, atque inuicti magnitudine, ac robore; aut  
 virtutem in omnium, quæ fiunt, quæq; dicuntur, ordine, &  
 qui possi modo, in quo inest modestia, & tēperantia. quæ  
 det, reli- quattuor quanquam inter se colligata, atque im-  
 quas itē plicita sunt: tamen ex singulis certa officiorū ge-  
 possidere dr. Quat nera nascuntur: velut ex ea parte, quæ prima de  
 tuor aut scripta est, in qua sapientiam, & prudentiam po-  
 morales nimus, inest indagatio, atq; inuentio veri: eiusq.  
 virtutes virtutis hoc munus est proprium. ut enim quisq;  
 Cicero describit maxime perspicit, quid in re quaque verissimum  
 prudētiā, sit, quique & acutissime, & celerrime potest &  
 iustitiā, uidere, & explicare rationem, is prudētissimus,  
 fortitudi & sapientissimus rite haberi solet. quocirca  
 nē, tēpe- huic, quasi materia, quam tractet, & in qua uer-  
 ratiā. A- setur, subiecta est ueritas. reliquis autem tribus  
 rist. pru- virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res  
 dentiam setur, subiecta est ueritas. reliquis autem tribus  
 omittit. uirtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res  
 nec .n. ve- parandas, tuendasque, quibus actio uitæ conti-  
 re separa- netur; ut societas hominum; coniunctioq. ser-  
 ta quædā uetur;

uetur; & animi excellen<sup>ti</sup>, magnitudoq. cum virtus e<sup>st</sup>,  
 in augendis opib<sup>us</sup>, utilitatibusq. & sibi, & suis sed cōica  
 comparandis, t<sup>em</sup> multo magis in his ipsis despi<sup>ci</sup>ur omni  
 ciendis eluceat. Ordo autem, & constantia, & virtu  
 moderatio, et ea, quæ sunt his similia, versantur  
 in eo genere, ad quod adhibēda est actio quædā,  
 non solum mentis agitatio. his enim rebus, quæ  
 tractantur in uita, modum quendam adhibentes  
 & ordinem, honestatem, & decus conseruabi  
 mus. Ex quattuor autem locis, in quos honesti  
 naturam, uimq. diuisimus, primus ille, qui in ue  
 ri cognitione cōsistit, maxime naturam attingit,  
 humanam. omnes. n. trahimur, & ducimur ad  
 cognitionis, et scientiæ cupiditatem, in qua excel  
 lere pulchrum putamus: labi autem, errare, ne  
 scire, & decipi, & malū, & turpe ducimus. In  
 hoc genere & naturali, & honesto duo uitia ui  
 tanda sunt: unum, ne incognita pro cognitis ha  
 beamus, hisq. temere assentiamus: quod uitium  
 effugere qui uolet, (omnes autē uelle debebunt)  
 adhibebit ad cōsiderandas res & tempus, & di  
 ligentiam. alterum est uitium, quod quidam ni  
 mis magnū studiū, multamq. operā in res obscu  
 res, atq; difficiles conferunt, easdemq. non neces  
 sarias. quibus uitijs declinatis, quod in reb. hone  
 stis, & cognitione dignis operæ, curæq. ponetur,  
 id iure laudabitur: ut in astrologia C. Sulpicium  
 audiuimus; in geometria Sext. Pompeium ipsi  
 cognouimus, multos in dialectica, plures in in  
 re

Ut ad dā  
 nū acce  
 datur in  
 famia

Sulpiciū  
 & Pōpe  
 iū repre  
 hēdit, al  
 terū, quē i

astrolo- re civili. quæ omnes artes in v[er]bi inuestigatione  
 gia; alte- versantur: cuius studio a rebus agendis abduci,  
 rum, qd[am] contra officium est. virtutis. n[on] caus omnis in a-  
 in geom[et] etione consistit: a qua tamen sepe fit intermissio,  
 tria nimi multiq[ue] dantur ad studia reditus: tum agitatio  
 um stu- mentis, quæ nunquã acquiescit, potest nos in stu-  
 dij, ope- dijs cogitationis, & sine opera nostra, cõtinerere,  
 ræq[ue] po- fuerint. omnis aut cogitatio, motusq[ue] animi aut in consi-  
 Que nos ab actio- lijs capiendis de rebus honestis, & pertinentib[us].  
 ne abdu- ad bene, beateq[ue] viuendum, aut in studijs scien-  
 cit. operã tiæ, cognitionisq[ue] versabitur. Ac de primo qui-  
 autem in dem officij fonte diximus. De tribus autem reli-  
 telligit, quis, latissime patet ea ratio, qua societas homi-  
 cū scribi- num inter ipsos, & vitæ quasi communitas cõti-  
 mus, di- netur. cuius partes duæ sunt, iustitia, in qua vir-  
 sputam[ur], tutis splendor est maximus, ex qua boni viri no-  
 audim[ur]. minantur; & huic coniuncta beneficentia, quam  
 eandem vel benignitatem, vel liberalitatẽ appel-  
 lare licet. Sed iustitiæ primũ munus est, ut ne cui  
 quis noceat, nisi lacesitus iniuria; deinde, ut com-  
 munibus pro communibus utatur, priuatis autẽ  
 ut suis. sunt autẽ priuata nulla natura, sed aut  
 Quæ in veteri occupatione, ut qui quõdam in vacua ue-  
 medium nerunt; aut victoria, ut qui bello potiti sunt; aut  
 omnia p[er] lege, aut pactione, condicione, sorte. ex quo fit, ut  
 tulit. vi- ager Arpinas Arpinatũ dicatur, Tusculanus  
 de paullo Tusculanorum. similisq[ue] est priuatarũ possessio-  
 post. num descriptio. ex quo, quia suum cuiusque fit  
 eorum, quæ natura fuerant communia; quod  
 cuique

cuique obtigit, ad quisque beneat. eo si quis sibi plus appetet, uiolabit ius humanae societatis. sed quoniam, ut praeclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus, sed ortus nostri partem patria, partem parentes uindicant, partem amici; atque, ut placet Stoicis, quae in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alij alius prodesse possent: in hoc naturam debemus ducem sequi, & communes utilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem. Fundamentum autem iustitiae est fides, id est dictorum, conuentorumque constantia, & ueritas. ex quo, quanquam hoc uidebitur fortasse cuiuspiam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde uerba sint ducta, credamusque quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Sed iniustitiae duo genera sunt; unum eorum qui inferunt; alterum eorum, qui ab ijs, quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam. nam qui iniuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus; is quasi manus uiolenter uidetur afferre socio: qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriae, tam est in uitio, quam si parietes, aut amicos, aut patriam deserat. Atque illae quidem iniuriae, quae nocendi causa de industria inferuntur, saepe a metu profiscuntur.

Quae sua  
omnia oī  
bus com  
mun. cat.

Hoc etiam  
in episto  
la ad Ti  
ronem si  
gnificat,  
li. 16. fa

C I C E R O N I S

discuntur, cum is, qui aperi nocere cogitat, timet,  
 ne, nisi id alteri fecerit, ipse aliquo afficiatur in-  
 commodo. maximam autem partem ad iniuriã  
 faciendam aggrediuntur nonnulli, ut adipiscantur  
 ea, quæ concupierunt. in quo vitio latissime patet  
 auaritia. expetuntur autem diuitiæ tum ad usus  
 vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates.  
 in quibus autem maior est animus, in his pecuniæ  
 cupiditas spectat ad opes, et ad gratificandi facult-  
 tatem: ut nuper M. Crassus negabat ullã satis  
 magnam pecuniã esse ei, qui in rep. princeps vel-  
 let esse, qui suis fructibus exercitum alere non pos-  
 set. Delectat et magnifici apparatus, vitæq. cult-  
 eratus cum elegantia, et copia. quibus rebus effectum  
 est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec vero  
 rei familiaris amplificatio, nemini nocens, vitu-  
 peranda est: sed fugienda semper iniuria. Maxi-  
 me autem adducuntur plerique, ut eos iustitiæ capiat  
 obliuio, cum in imperiorum, honorum, gloriæve cu-  
 piditatem inciderint. quod enim est apud Ennium,  
 Nulla sancta societas, nec fides regni est,  
 id latius patet. nam, quidquid eiusmodi est, in quo  
 non possint plures excellere, in eo plerunque fit  
 tanta contentio, ut difficillimum sit sanctam ser-  
 uare societatem. declarauit id modo tempestatas  
 C. Cæsaris, qui omnia iura diuina, & humana  
 peruertit propter eum, quem sibi ipse opinionis  
 errore finxerat, principatum. est autem in hoc ge-  
 nere molestum, quod in maximis animis, splendi-  
 dissimis

Quatuor  
 legiones.  
 hic enim  
 erat exer-  
 citus po-  
 puli R. vi  
 de in pa-  
 radoxo 4

Putauit  
 .n. se bea-  
 tum fore  
 oppressa  
 rep. quod  
 secus ac-  
 cidit.



dissimilis ingenijs plerunquē existunt honoris, im-  
 pery, potentia, gloria cupiditates. quo magis ca-  
 uendum est, ne quid in eo genere peccetur. Sed in  
 omni iniustitia permultum interest; utrū pertur-  
 batione aliqua animi, quæ plerunquē breuis est,  
 & ad tempus, an consulto, & cogitato fiat iniu-  
 ria. leuiora. n. sunt ea, quæ repentino aliquo mo-  
 tu accidunt, quam ea, quæ meditata, & præpa-  
 rata inferuntur. Ac de inferenda quidē iniuria  
 satis dictū est. Prætermittendæ autē defensionis,  
 deserendiq. officij plures solent esse causæ. nam  
 aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus susci-  
 pere nolunt; aut etiam negligentia, pigritia, iner-  
 tia, aut suis studijs, quibusdāve occupationibus  
 sic impediuntur, ut eos, quos tutari debeant, de-  
 sertos esse patiantur. itaque videndum est, ne nō  
 satis sit id, quod apud Platonē est in philosophos  
 dictum; quod in veri inuestigatione versentur,  
 quodq. ea, quæ pleriq; vehementer expetunt, de  
 quibus inter se digladiari solent, contemnant, &  
 pro nihilo ducant, propterea iustos esse. nam dū  
 alterum iustitiæ genus assequuntur, inferendane  
 cui noceant iniuria; in alterum incidunt. discēdi-  
 .n. studio impediti, quos tueri debent, deserunt.  
 itaq; eos ne ad remp. quidem accessuros putat,  
 nisi coactos. equius autem erat id voluntate fie-  
 ri. nam hoc ipsum ita iustum est, quod recte fit, si  
 est uoluntarium. Sunt etiam, qui, aut studio rei  
 familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum,

SUNT

Modeste  
 dissentit  
 a Plato-  
 ne, philo-  
 sophorū  
 sententiā  
 in politi-  
 cis libris  
 cōprobā-  
 te.

Beneficē-  
 tia doctri-  
 næ ante-  
 ponenda.

suum se negotium agere dicant; ne facere cuiquā  
 videantur iniuriam, qui, dum altero iniustitiæ  
 genere uacant, in alterum incurunt: deserunt. n.  
 uitæ societatem, quia nihil cōferunt in eam stu-  
 dij, nihil operæ, nihil facultatum. Quoniam igitur,  
 duobus generibus iniustitiæ propositis, adiū-  
 ximus causas utriusque generis, easq. res ante  
 constituimus, quibus iustitia continetur; facile,  
 quod cuiusque temporis officium sit, poterimus,  
 nisi nosmetipsos ualde amabimus, iudicare. est e-  
 nim difficilis cura rerum alienarum. quanquam

In comæ  
 dia Heau.

Terentianus ille Chremes humani nihil a se alie  
 nū putat, sed tamen, quia magis ea percipimus,  
 atq; sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera, aut  
 aduersa eueniunt, quam illa, quæ ceteris, quæ

Minus il  
 lis consu  
 lere stu-  
 demus q̄  
 nobis.

quasi longo interuallo interiecto uidemus, aliter  
 de illis, ac de nobis, iudicamus. quocirca bene  
 præcipiunt, qui uetant quidquam agere, quod du-  
 bites æquum sit, an iniquum. æquitas enim lucet  
 ipsa per se; dubitatio autem cogitationem signifi-  
 cat iniuriæ. sed incidunt sæpe tempora, cum ea,  
 quæ maxime uidentur digna esse iusto homine,  
 eoque, quem uirum bonum dicimus, commutan-  
 tur, fiuntq. contraria; ut, non reddere depositū,  
 etiam ne furioso promissum facere, quæq. perti-  
 nent ad ueritatem, & ad fidem, ea negare inter-  
 dum, & non seruare, sit iustum. referri enim de-  
 cet ad ea, quæ proposui in principio, fundamenta

Locus  
 meo iudi-  
 cio, men-  
 dosus.  
 Noceret  
 a. furio-

iustitiæ, primum, ut ne cui noceatur; deinde, ut

COM-

communi utilitati seruiant. ea cum tempore cō-  
 mutantur, commutatur officium, ut non semper  
 sit idē. potest enim accidere promissum aliquod,  
 & cōuentum, ut id effici sit inutile vel ei, cui pro  
 missum sit; uel ei, qui promiserit. nam si, ut in fa-  
 bulis est, Neptunus, quod Theseo promiserat,  
 non fecisset; Theseus filio Hippolyto non esset or-  
 batus. ex tribus enim optatis, ut scribitur, hoc  
 erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus  
 optauit. quo impetrato, in maximos luctus inci-  
 dit. nec promissa igitur seruanda sunt ea, quae sint  
 ijs, quibus promiseris, inutilia: nec, si plus tibi no-  
 ceant, quam illi prosint, cui quidem promiseris,  
 contra officium est, maius damnum anteponi mi-  
 nori: ut, si constitueris te cuiquam aduocatum in  
 rem praesentem esse venturum, atq. interim gra-  
 uiter egrotare filius coeperit, nō sit cōtra officiū,  
 non facere, quod dixeris; magisq. ille, cui promis-  
 sum sit, ab officio discedat, si se destitutū quera-  
 tur. Iam, illis promissis non standum esse, quis nō  
 videt, quae coactus quis metu, aut deceptus dolo  
 promiserit? quae quidem pleraque iure prae-  
 torio liberantur, non nulla legibus. Existunt etiā  
 iniuriæ saepe calumnia quadam, et nimis calida,  
 & malitiosa iuris interpretatione: ex quo illud,  
 Summum ius, summa iniuria, factum est iam  
 tritum sermone prouerbum. quo in genere etiā  
 in rep. multa peccantur, ut ille, qui, cum trigin-  
 ta dierū essent cum hoste pactae indutiae, noctis  
 popu-

so, si e-  
 redderet  
 gradus  
 deposit

Quod ab  
 eo Phæ-  
 drā cōiu-  
 gē de in-  
 teritu ap-  
 pellatam  
 crederet,  
 cum id a  
 Phædra,  
 quæ se ab  
 Hippoly-  
 to reie-  
 ctā iniqui-  
 fime fer-  
 ret, fictū  
 crimē ef-  
 fet.

Ex Terē-  
 tij Heau.

populabatur agros, quod dierum essent pacte, non  
 noctium indutię. nec noster quidem probatus est,  
 si uerum est, Q. Fabium Laberum, seu quem  
 Suis quis alium, (nihil. n. prater auditum habeo) arbitrum  
 que libe- Nolanis, & Neapolitanis de finibus agri a se-  
 tius utit natu datum, cum ad locum uenisset, cum utrisq;  
 exemplis separatum locutum, ne cupide quid agerent, nec  
 quam ali appetent, atq; ut regredi, quam progredi, mal-  
 enis. nam lent: id cum utriq; fecissent, aliquantum agri in  
 Plutarc. ho grec<sup>o</sup>, medio relictum est: itaq; illorum fines, sicut ipsi  
 ad Lace- dixerant, terminauit: in medio relictum quod e-  
 daemoniu rat, populo R. adiudicauit. decipere hoc quidem,  
 Cleome- non iudicare est. quocirca in omni re fugienda est  
 nem hoc talis sollertia. Sunt autem quedam officia etiam  
 transfert aduersus eos seruanda, a quibus iniuriam accepe-  
 in lib. A. ris. est. n. ulciscendi, & puniendi modus: atque  
 pophthe- haud scio, an satis sit eum, qui lacefferit, iniuria  
 gmatum. sue pœnitere, ut ipse ne quid tale posthac comit-  
 tat, & ceteri sint ad iniuriam tardiores. Atque  
 in rep. maxime conseruanda sunt iura belli. nam  
 cum sint duo genera decertandi, unum per disce-  
 ptationem, alterum per uim; cumque illud pro-  
 prium sit hominis, hoc belluarum: confugiendum  
 est ad posterius, si uti non licet superiore. quare  
 suscipienda quidem bella sunt ob eam causam,  
 ut sine iniuria in pace uiuatur: parta autem ui-  
 ctoria, conseruandi sunt ij, qui non crudeles in  
 bello, nec immanes fuerunt: ut maiores nostri Tu-  
 sculanos, Aequos, Volscos, Sabinos, Hernicos in  
 ciuitatem

ciuitatem etiam acceperunt: ac Carthaginem, et  
 Numantiam funditus sustulerunt: nollem, Corin-  
 thum: sed credo illos secutos opportunitatē loci  
 maxime, ne posset aliquādo ad bellum faciendū  
 locus ipse adhortari. mea quidem sententia, paci,  
 quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est con-  
 sulendum. in quo si mihi obtēperatum esset, si nō  
 optimam, at aliquam remp. quæ nunc nulla est,  
 haberemus. & cum ijs, quos vi deuiceris, consu-  
 lendum est: tum ijs, qui, armis positis, ad impera-  
 torum fidem confugiunt, quamuis murum aries  
 percusserit, recipiendi sunt. in quo tātō opere apud  
 nostros iustitia culta est, ut ijs, qui ciuitates, aut  
 nationes deuictas bello in fidē recepissent, earum  
 patroni essent more maiorū. ac belli quidē æqui-  
 tas sanctissime fetiali populi R. iure perscripta  
 est: ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iu-  
 stum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut  
 denunciatum ante sit, & indictum. Pōpilius im-  
 perator tenebat prouinciam, in cuius exercitu  
 Catonis filius tiro militabat. cum autē Pōpilio  
 videretur unā dimittere legionem, Catonis quo-  
 que filium, qui in eadem legione militabat, dimi-  
 sit: sed cum amore pugnandi in exercitu remāsis-  
 set, Cato ad Pompilium scripsit, ut, si eum pate-  
 retur in exercitu remanere, secundo eum obliga-  
 ret militiæ sacramento; quia priore amisso, iure  
 pugnare cum hostibus non poterat. adeo summa  
 erat obseruatio in bello mouendo. Marci quidē

Vtrāque  
 Scipio  
 Emilia  
 nus cuer-  
 tit, Corin-  
 thū Mum-  
 mius.  
 Pacis au-  
 ctorē in-  
 ter Cæsa-  
 ré & Pō-  
 peiū sem-  
 per fuisse  
 Cicero-  
 nē, ex p-  
 sius epi-  
 stolis in-  
 telligit.  
 Hūc mili-  
 tasse cum  
 Paulo  
 Aemilio  
 tradit  
 Plu. in vi-  
 ta Cato-  
 nis cæso-  
 rij. itaq;  
 legēdum  
 hic fortas-  
 se, p Pō-  
 pilius,  
 Paullus  
 Aemili-  
 q bellum  
 Perficum

C Cato-

consul ad- Catonis senis est epistola ad Marcum filium, in  
 ministra- qua scripsit se audisse eum missum factum esse a  
 uit: quod consule, cum in Macedonia bello Persico miles  
 hic infra esset. monet igitur, ut caueat, ne praelium ineat:  
 pate t. negat. n. ius esse, qui miles non sit, pugnare cū ho-

ste. Equidem illud etiā animaduerto, quòd, qui  
 proprio nomine perduellis esset, is hostis vocare-  
 tur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. hostis  
 enim apud maiores nostros is dicebatur, quem  
 nunc peregrinum dicimus. indicant duodecim ta-  
 bulæ, Aut status dies cum hoste: itemq; Ad-  
 uersus hostem æterna auctoritas. quid ad hanc  
 mansuetudinem addi potest, eum, qui cum bella  
 geras, tam molli nomine appellare? quanquā id  
 nomen durius efficit iam vetustas: a peregrino  
 enim recessit, & proprie in eo, qui contra ferret  
 arma, remansit. Cum vero de imperio decerta-  
 tur, belloq. quæritur gloria, causas omnino sub-  
 esse tamen oportet easdem, quas dixi paullo an-  
 te iustas causas esse bellorum. sed ea beilla, qui-  
 bus imperij gloria proposita est, minus acerbe  
 gerenda sunt. ut. n. cum ciuilitate contendimus,  
 aliter, si est inimicus, aliter, si competitor; cū al-  
 tero certamen honoris, & dignitatis est, cum al-  
 tero capitis, & famæ: sic cum Celtiberis, cum  
 Cimbris bellum, ut cum inimicis, gerebatur, v-  
 ter esset, nō vter imperaret; cū Latinis, Sabinis  
 Samnitibus, Penis, Pyrrho de imperio dimicaba-  
 tur. Pœni fœdisfragi, crudelis Hannibal, reliqui  
 iustiores.

In foro,  
 ad iudi-  
 ces, cum  
 inimico:  
 in campo  
 Martio  
 populi co-  
 mitijs, cū  
 cōpetito-  
 re, de ho-  
 nore adi-  
 piscēdo.

iusiores. Pyrrhi quidem de captiuis reddendis  
illa præclara sententia est.

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis.

Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,

Ferro, non auro vitam cernamus utrique.

Vosne velit, an me regnare heri, quæve ferat sors

Virtute experiamur. & hoc simul accipe dictum:

Quorum virtuti belli fortuna pepercit,

Eorundem me libertati parcere certum est.

Dono: ducite: doque. volentibus cum magnis dijs.

regalis sane, & digna Aeacidarum genere sententia.

Atque etiam, si quid singuli, temporibus adducti,

hosti promiserint, est in eo ipso fides seruanda:

ut primo Punico bello Regulus captus a Pænis,

cum de captiuis commutandis Romam missus

esset. iurassetque se rediturum, primum, ut venit,

captiuos reddendos in senatu non cæsuit: deinde,

cum retineretur a propinquis, & ab amicis, ad

supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam

fallere. Ac de bellicis quidem officijs satis dictum

est. Meminerimus autem, & aduersus infimos

injustitiam esse seruandam. est autem infima condi-

cio, & fortuna seruatorum: quibus, non male præ-

cipiunt, qui ita iubent uti, ut mercenarijs ad ope-

ram exigendam, & iusta præbenda. Cum autem

duobus modis, idest aut vi, aut fraude, fiat iniu-

ria: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur:

utrunque alienissimum ab homine est, sed fraus o-

dio digna maiore. Totius autem iniustitiæ nulla ca-

pit alior

Pyrrhi  
bellum ver  
sibus per  
secutus est  
Ennius.

Ab Æa-  
co Pyrrhi  
Iouis fi-  
lio, origi-  
nem duce-  
bat.  
vide l. 3.

Quod gra-  
uissimum  
tulit, in-  
sonia ne-  
catus.

Peccāt. n. pī alior est, quam eorū, *Sanctum*, cum maxime  
& contra fallunt, id tamen agunt, ut viri boni esse videan  
iustitiā. *tur.* De iustitia satis dictū est. De *reps* (ut erat  
& contra propositum) de beneficentia, ac liberalitate dica  
veritate. tur. qua quidem nihil est naturæ hominis accom  
modatius: sed habet multas cautiones. videndū  
est. n. primum; ne obsit benignitas & ijs ipsis, qui  
bus benigne videbitur fieri & ceteris: deinde, ne

Exhau-  
reatur. n.  
fons libe  
ralitatis.

maior benignitas sit, quam facultas tum, ut pro  
dignitate cuique tribuatur: id. n. est iustitiæ fun-  
damentum; ad quam hæc referenda sunt oīa, nā  
& qui gratificantur cuipiā, quod obsit illi, cui p-  
desse velle videantur, nō benefici, neq; liberales,  
sed perniciosi assentatores iudicādi sunt; & qui  
alijs nocēt, ut in alios liberales sint, in eadē sunt  
iniustitia, ut si in suam rem aliena cōvertāt. sunt

Qualis aut multi, & quidem cupidi splendoris, & glo-  
Catilina, riæ qui eripiunt ab alijs, quod alijs largiant: ibiq.  
sui pfu- arbitrantur se beneficos in suos amicos visū iri,  
sus, alie- si locupletent eos quacumq; ratione. id aut tm̄  
ni rapax. abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse  
contrariū. Videndū est igitur, ut ea liberalitate

Tria ser-  
uanda sūt  
in libera-  
litate.

ut amur, quæ profit amicis, noceat nemini. quare  
L. Syllæ, & C. Cæsaris pecuniarū trāslatio a iu-  
stis dominis ad alienos non debet liberalis vide-  
ri. nihil. n. est liberale, quod non sit idē iustum. Al-  
ter locus erat cautionis, ne benignitas maior es-  
set, quam facultates: quod, qui benigniores volūt  
esse, quam res patitur, primū in eo peccant, quod

iniu-



iniuriosi sunt in proximos: quas. n. copias hic & suppeditari aequius est, et relinquere, eas trāsferūt ad alienos. in ista aut in tali liberalitate cupiditas rapiendi plerumque, & auferendi per iniuriā, ut ad largiendum suppetant copiae. videre ēt licet, quā dixerat, Plerosque, non tam natura liberales, quā quadā mū in eo gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa, quae ab ostentatione proficisci magis, quā a voluntate, videantur. talis aut simulatio vanitati est coniunctior, quā aut liberalitati, aut honestati. Tertiū est propositū, ut in beneficētia delectus esset dignitatis. in quo & mores eius erūt spectādi, in quem beneficium conferetur, & animus erga nos, & communitas, ac societas vitæ, & ad nostras utilitates officia ante collata. Quae ut concurrant omnia, optabile est: sin minus, plures causae, maioresq. ponderis plus habebunt. Quoniam aut uiuitur non cū perfectis hominibus, pleneq. sapientibus, sed cum ijs, in quibus praecclare agitur, si sint simulacra uirtutis: etiam hoc intelligendum puto, neminem omnino esse negligendum, in quo aliqua significatio uirtutis appareat; colendum autem esse ita quemque maxime, ut quisq. maxime uirtutibus his lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, ac ipsa, de qua iam multa dicta sunt, iustitia. nā fortis animus, & magnus in homine non perfecto, nec sapiente feruentior plerūq. est: illae uero uirtutes bonum uirum videntur potius attingere. Atque haec in

Hoc pro,  
de inde,  
subiūxit  
q̄a dixit  
rat, Pri  
mū in eo  
peccant.

Quae spe  
ctāda pro  
posuit in  
liberali-  
tate.

Itaq. tūc  
fortitudo  
nō est vir  
tus. acce-  
dit. n. ad  
temeita  
tem.

moribus considerentur. De benevolentia autem  
 quam quisque habeat erga nos, primum illud est  
 in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plu-  
 rimum diligimur, sed benevolentiam non adole-  
 scentulorum more, ardore quodam amoris, sed  
 stabilitate potius, & constantia iudicemus. Sin-  
 erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit  
 gratia: maior quaedam cura adhibenda est. nullum  
 enim officium referenda gratia magis necessarium  
 est. quod si ea, quae acceperis utenda, maiore men-  
 sura, si modo possis, iubet reddere Hesiodus: quod-  
 nam beneficio provocati facere debemus? an non  
 imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt,  
 quam acceperunt? etenim si in eos, quos speramus  
 nobis profuturos, non dubitamus officia conferre:  
 quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt?  
 nam cum duo genera liberalitatis sint, unum dan-  
 di beneficii, alterum reddendi: demus, nec ne, in  
 nostra potestate est; non reddere viro bono non li-  
 cet, si modo id facere possit sine iniuria. Accepto-  
 rum autem beneficiorum sunt delectus habendi:  
 nec dubium, quin maximo cuique plurimum de-  
 beatur. in quo tamen in primis, quo quisque ani-  
 mo, studio, benevolentia fecerit, ponderandum  
 est. multi enim multa faciunt temeritate quadam,  
 sine iudicio, vel modo, in omnes, vel repente quo-  
 dam, quasi vento, impetu animi incitati. quae be-  
 neficia aequae magna non sunt habenda, atque ea,  
 quae iudicio, considerate, constanterque delata sunt.

Sed

Hoc idem  
 vide expi-  
 sum con-  
 cinne in  
 proemio  
 lib. de cla-  
 ris orat.

Reddere  
 enim benefi-  
 cium ita de-  
 bet, ne quod  
 iniuriam  
 committat.

Sed in collocādo benefi-  
 si cetera paria sunt, hoc maxime officij est, ut  
 quisq; maximē opis indigeat, ita ei potissimum  
 opitulari. quod contra fit a plerisque. a quo enim  
 plurimum sperant, etiā si ille his non eget, tamē  
 ei potissimum inseruiūt. Optime autem societas  
 hominum, coniunctioq. seruabitur, si ut quisque  
 erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plu-  
 rimū conferetur. Sed, quæ naturæ principia sint  
 communitatis, & societatis humanæ, repetendū  
 altius uidetur. est. n. primum, quod cernitur in v-  
 niuersi generis humani societate. eius autem vin-  
 culum est ratio, & oratio, quæ decēdo, discendo,  
 communicando, disceptando, iudicando conciliat  
 inter se homines, coniungitq. naturali quadam  
 societate. neque vlla re longius absumus a natu-  
 ra ferarum: in quibus inesse fortitudinem sepe di-  
 cimus, ut in equis, in leonibus, iustitiam, æquita-  
 tem, bonitatem non dicimus. sunt enim rationis,  
 & orationis expertes. ac latissime quidem pa-  
 tens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes  
 societas hæc est. in qua omnium rerum, quas ad  
 communem usum hominum natura genuit, est  
 seruanda communitas, ut, quæ descripta sunt le-  
 gibus, & iure ciuili, hæc ita teneantur, ut sit cō-  
 stitutum; e quibus ipsis cetera sic obseruētur, ut  
 in Græcorum prouerbio est, amicorum omnia es-  
 se communia. omnia aut cōmunia hominum vi-  
 dētur ea, quæ sunt generis eiusdē, quod ab Ennio

Quæmer-  
 caturapo-  
 tius, quā  
 liberali-  
 tas, appel-  
 landa.

Si vires,  
 & animū  
 spectem?  
 Quæ ta-  
 mē forti-  
 tudo pro-  
 prie nō ē  
 rationis  
 experts, &  
 prudētix

Hoc ipsū positum in una re, transferri per multas potest:  
 attingit i oratione p Balbo.

Quæ om-  
 nibus im-  
 pertitur.

Qua om-  
 nibus om-  
 nes ratio-  
 ne, & ora-  
 tione cõ-  
 iungunt.

*Vi homo, qui erranti comiter, monstrat viã,  
 Quasi lumen de suo lumine descendat, facit,  
 Vi nihilo minus ipsi luceat, cū illi accenderit.*  
 una enim ex re satis precipitur, ut, quidquid sine  
 detrimento possit commodari, id tribuatur cuiq;  
 vel ignoto. ex quo sunt illa communia, non prohi-  
 bere aqua profluente; pati, ab igne ignem capere  
 si quis velit; consilium fidele deliberati dare. quæ  
 sunt ijs utilia, qui accipiunt, danti non molesta.  
 quare & his utendum est, & semper aliquid ad  
 cõmunẽ utilitatẽ afferendum. Sed quoniã copiæ  
 parvæ singulorum sunt; eorum autẽ, qui his ege-  
 ant, infinita est multitudo: vulgaris liberalitas  
 referenda est ad illũ Ennij finẽ; Nihilo minus ut  
 ipsi luceat: ut facultas sit, qua in nostro simus li-  
 iberales. Gradus aut plures sũt societatis hominũ  
 ut. n. ab illa discedatur infinitate, propior est eius-  
 dem gẽtis, nationis, linguæ; qua maxime hoies cõ-  
 iunguntur: interitus ẽt est, eiusdem esse civitatis.  
 multa sunt. n. civibus inter se cõmunia, forum,  
 fana, porticus, viæ, leges, iura, iudicia, suffragia,  
 consuetudines præterea, & familiaritates, mul-  
 tæq. cum multis res, rationesq. contractæ. Ar-  
 etior vero colligatio est, societas propinquorũ: ab  
 illa enim immensa societate humani generis, in  
 exiguũ, angustumq. cõcluditur. nam cum sit hoc  
 natura cõmune omnium animantiũ, ut habeant  
 libidinem procreãdi; prima societas in ipso est cõ-  
 iugio,

iugio, proxima in liberis, inde una domus, com-  
 munia omnia. id autem est principium urbis, &  
 quasi seminarium reip. Sequuntur fratrum con-  
 iunctiones, post consobrinorum, sobrinorumque:  
 qui cum una domo tam capi non possint, in alias  
 domos, tanquam in colonias, exeunt. Sequuntur  
 connubia, & affinitates: ex quibus etiam plures  
 propinqui. quæ propagatio, & soboles, origo est  
 rerump. sanguinis autem coniunctio, & beneuo-  
 lentia deuincit caritate homines. magnum est .n.  
 eadem habere monumenta maiorum, eisdem uti  
 sacris, sepulcra habere communia. Sed omnium  
 societatum nulla præstantior est, nulla firmitior,  
 quam cum viri boni, moribus similes, sunt fami-  
 liaritate coniuncti. illud enim honestum, quod sæ-  
 pe diximus, etiam si in alio cernimus, tamen nos  
 mouet, atque illi, quo id inesse videtur, amicos fa-  
 cit. & quanquam omnis virtus nos ad se allicit,  
 facitq. ut diligamus, in quibus ipsa inesse videa-  
 tur: tamen iustitia, & liberalitas id maxime ef-  
 ficat. nihil autem est amabilius, nec copulantius,  
 quam morum similitudo bonorum. in quibus .n.  
 eadem studia sunt, eademq. voluntates, in his fit,  
 ut æque quisque altero delectetur, ac se ipso: effi-  
 citurq. id, quod Pythagoras vult in amicitia, ut  
 unus fiat ex pluribus. Magna est illa communi-  
 tas est, quæ conficitur ex beneficijs vltro citroque  
 datis, acceptisque. quæ mutua, & grata dum  
 sunt, inter quos ea sunt, firma deuinciuntur socie-  
 tate.

Vrbs .n.  
 ex domi-  
 bus, resp.  
 e ciuibus  
 constat.

Erāt .n. &  
 publica  
 ciuitatis,  
 & priuata  
 cuiusq; fa-  
 milia sacra.

Sicuti ab  
 alijs tra-  
 ditū est.  
 nā ipse ni-  
 hil scri-  
 psit.

tate.

tate. Sed, cum omnia ratione, animoque. lustraveris, omnium societatum nulla est gratior, nulla varior, quam ea, quæ cum reip. est unicuique nostrum. cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares. sed oēs omnium caritates patria una complexa est: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? quo est detestabilior istorum immunitas, qui lacerarunt omni scelere patriam, & in ea funditus delenda occupati & sunt, & fuerunt. Sed si contentio quædam, & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij: principes sunt patria, & parentes, quorum beneficijs maxime obligati sumus: proximi liberi, tota q. domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium: deinceps bene cõuenientes propinqui, quibus communis etiã plerunque fortuna est. quam obrem necessaria vitæ præsidia debentur ijs maxime, quos ante dixi: vita autem, victusq. communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam obiurgationes in amicis vigent maxime; estq. ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugavit. Sed in his omnibus officijs tribuendis, videndum erit, quid cuique maxime necesse sit, & quid quisque nobiscum, vel sine nobis aut possit consequi, aut non possit. ita non iidem erunt necessitudinum gradus, qui & temporum. suntque officia, quæ alijs magis, quam alijs, debeantur: ut, vicinum citius adiueris in frugibus percipientem.

De Cæsare dictum.  
De M. Antonio quoque liberatam Cæsaris necesse reip. rursus opprimere conabantur: quod ei deinceps successit.

Habenda temporis ratio quæque maior est, quæ necessitudinis.

cipiendis, quàm aut fratrem, aut familiarem. at;  
 si lis in iudicio sit, propinquum potius, & amicū,  
 quàm vicinum defenderis. Hæc igitur, & talia  
 circumspicienda sunt in omni officio: & consuetu-  
 do, exercitatioq. capienda, ut boni ratiocinatores  
 officiorum esse possimus, & addendo, deducendo-  
 que videre. quæ reliqui summa fiat, ex quo, quar-  
 tū cuiq; debeat, intelligas. Sed, ut nec medici,  
 nec Imperatores, nec oratores, quamuis artis præ-  
 cepta perceperint, quidquam magna laude dignū  
 sine usu, & exercitatione consequi possunt: sic of-  
 ficij conseruandi præcepta traduntur illa quidem  
 ut faciamus ipsi; sed rei magnitudo usum quoq;  
 exercitationemq. desiderat. Atque ab ijs rebus,  
 quæ sunt in iure societatis humanæ, quemadmo-  
 dum ducatur honestum, ex quo ortum est officiū,  
 satis fere diximus. Intelligendum est autem, cum  
 proposita sint genera quattuor, e quibus honestas  
 officiumq. maneret, splendidissimum videri, quod  
 animo magno, elatoque, humanasq. res despicien-  
 te factum sit. itaque in probris maxime in prom-  
 ptu est, si quid tale dici potest:

Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrē,

Illaq. virgo viri: & si quid huiusmodi:

Salmacida spolia sine sanguine, & sudore.

contraq. in laudibus; quæ magno animo, & forti-

ter, excellenterque gesta sunt, ea nescio quo modo

quasi pleniore ore laudamus. hinc rhetorum cam-

pus de Marathone, Salamine, Plataeis, Thermo-

pylis,

Oratorē  
 vī impe-  
 ratori an-  
 teponere  
 in pro æ-  
 mio li. i.  
 de orat.

Fortitu-  
 dinis de-  
 scriptio,  
 & laus.

Feminæ  
 nomē vi-  
 ro tribu-  
 it probrī  
 cā. Str. li.

14.

Enumera-  
rat, qui  
mortis di-  
scrimen  
forti ani-  
mo adie-  
rint.

Quæ cōe-  
commo-  
dū, nō p̄-  
uatū, spe-  
tat.

Qd̄ forti-  
tudinis  
principiū  
videtur.

pylis, Leuctris. Strabo: hinc noster Cocles,  
hinc Decij, hinc Cn. & P. Scipiones, hinc M.  
Marcellus, innumerabilesq. alij, maximeq. ipse  
populus R. inimi magnitudine excellit. Declara-  
tur autem studiū bellicæ gloriæ, quòd statuas quo-  
que videmus ornatu fere militari. Sed ea animi e-  
latio, quæ cernitur in periculis, & laboribus, si in-  
iustitia vacat, pugnatq. non pro salute cōi, sed pro  
suis cōmodis, in vitio est. non. n. modo id virtutis  
non est, sed potius immanitatis, omnē humanita-  
tē repellentis. itaq; probe definitur a Stoicis forti-  
tudo, cum eam virtutem esse dicitur propugnantē  
pro æquitate. quocirca nemo, qui fortitudinis glo-  
riam consecutus est, insidijs, & malitia laudē est  
adeptus. nihil enim honestum esse potest, quod in-  
iustitia vacat. præclarū igitur Platonis illud: Nō  
solum, inquit, scientia, quæ est remota a iustitia,  
calliditas potius, quam sapientia, est appellanda;  
verum etiam animus paratus ad periculū, si sua  
cupiditate, non utilitate communi impellitur, au-  
daciæ potius nomen habeat, quā fortitudinis. ita  
que viros fortes, & magnanimos, eosdem bonos,  
& simplices, veritatis amicos, minimeq. fallaces  
esse volumus, quæ sunt ex media laude iustitiæ.  
Sed illud odiosum est, q̄ in hac elatione, & magni-  
tudine animi facillime pertinaciæ, & nimia cupi-  
ditas principatus innascitur. ut. n. apud Platonē  
est, omnē morē Lacedæmoniorū inflammatū esse  
cupiditate vincendi: sic, ut quisque animal magni-  
tudine



*radine maxime excellit, in maxime vult princeps  
 omnium esse, vel potius solus esse. difficile vtem  
 est, cum prestare omnibus concupieris, seruare æ-  
 quitatem, quæ est iustitiæ maxime propria. ex quo  
 fit, vt neque disceptatione vinci, nec vlllo publico,  
 ac legitimo iure patiantur. existuntque in rep. ple  
 runque largitores, & factiosi, vt opes quammaxi  
 mas consequantur, & sint vi potius superiores, Potentiã,  
 quam iustitia pares. sed quo difficilius, hoc præ- non diui-  
 clarius. nullum enim est tempus, quod iustitia va- tias.  
 care debeat. fortes igitur, & magnanimi sunt  
 habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniu-  
 riam. vera autem, & sapiens animi magnitudo  
 honestum illud, quo maxime natura sequitur, in  
 factis positum, non in gloria iudicat, principemq.  
 esse mauult, quam videri. etenim qui ex errore im-  
 peritiæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris nõ  
 est habendus. Facillime autem ad res iniustas im- Ex quo fa-  
 pellitur, vt quisque est altissimo animo & gloriæ cile errat.  
 cupido. qui locus est sane lubricus: quòd vix inue- itaq; vir-  
 nitur, qui, laboribus susceptis, periculisq. aditis, tus ipsa p  
 non, quasi mercedem rerum gestarum, desideret se, nõ vul-  
 gloriam. Omnino fortis animus, & magnus dua- gi laude,  
 bus rebus maxime cernitur: quarum vna in re- estimãda.  
 rum externarum despicientia ponitur, cum per- Quã se-  
 suasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum, pe, negle-  
 decorumq. sit, aut admirari, aut optare, aut ex- cta æqui-  
 petere oportere, nullique, neque homini, neque tate, appe-  
 perturbationi animi. nec fortunæ succumbere. al- timus.  
 tera*

Non in-  
ni aliquo  
studio.

tera est res, ut, cum ita <sup>est</sup> affectus animo, ut su-  
pra dixi, res geras magnas illas quidem, & ma-  
xime utiles, sed ut vehementer arduas, plenasq.  
laborum, & periculorum, tum causa vitæ, tum  
multarum rerum, quæ ad vitam pertinent. Harum  
rerum duarum splendor omnis, et amplitudo est,  
addo etiam utilitatem, in posteriore: causa autem,  
& ratio efficiens magnos viros est in priore, in eo  
enim est illud, quod excellentes animos, & huma-  
na contemnentes facit. id autem ipsum cernitur in  
duobus, si & solum id, quod honestum sit, bonum  
iudices; & ab omni animi perturbatione liber sis.  
nam & ea, quæ eximia plerisque, & præclara vi-  
dentur, parua ducere, eaq; ratione stabili, firma-  
que contemnere, fortis animi, magniq; dicendum  
est: & ea, quæ videntur acerba, quæ multa, &  
varia in hominum vita, fortunaq; versantur, ita  
ferre, ut nihil à statu naturæ discedas, nihil a di-  
gnitate sapientis, robusti animi est, magnæq; con-  
stantiæ. Non est autem consentaneum, qui metu

Cōcludit  
qui fortis  
sit, eundē  
esse tem-  
perantē.

non frangatur, cum frangi cupiditate; nec, qui in-  
uictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate.  
quamobrem & hæc vitanda sunt, & pecuniæ fu-  
gienda cupiditas. nihil enim est tam angusti ani-  
mi, tamq; parui, quam amare diuitias: nihil hone-  
stius, magnificentiusq; quam pecuniā contemnere,  
si non habeas; si habeas, ad beneficentiam, libe-  
ralitatemq; conferre. Cauenda est etiam gloriæ cu-  
piditas, ut supra dixi. eripit enim libertatem, pro  
qua

qua magnanimis uiris omnis debet esse contētio. Nec vero imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. Vacandum autem est omni animi perturbatione, tum cupiditate, & metu, tum etiam aegritudine, & uoluptate animi, & iracundia, ut tranquillitas animi adsit, & securitas, quæ afferat tum constantiam tum etiam dignitatem. Multi autem & sunt, & fuerunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, a negotijs publicis se remouerunt, ad otiumque perfugerunt. in his & nobilissimi philosophi, longeque principes, & quidam homines feneri, & graues nec populi, nec principum mores ferre potuerunt: uixeruntque nonnulli in agris, deletati re sua familiari. his idem propositum fuit, quod & regibus, ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur, cuius proprium est sic uiuere, ut uelis. Quare, cum hoc commune sit potentiae cupidorum cum ijs, quos dixi, otiosis: alteri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant; alteri, si contenti sint & suo, & paruo. in quo quidem neutrorum omnino contemnenda est sententia: sed & faciliior, & tutior, & minus alijs grauis, aut molesta uita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem, amplitudinemque aptior eorum, qui se ad remp. & ad magnas res gerendas accommodauerunt. inapropter & his forsitan concedendum sit remp. non capeffentibus, qui excellenti ingenio, doctrine

Vt Sylla dictaturam ex quo ille postea C. Cesar, litteras nescisse, cauillat<sup>r</sup> est, dictator ipse perpetuus.

Ergo praestantior. non. n. nobis tantum ipsis nati sumus.

doctrinae sese dediderunt; & ijs, qui aut valetudi-  
nis imbecillitate, aut aliqua graviori causa im-  
pediti, a rep. recesserunt, cum eius administrandas  
potestatem alijs, laudemq. concederent. quibus  
autem talis nulla est causa, si despiciere se dicant  
ea, quae plerique admirentur, imperia, & magi-  
stratus, his non modo non laudi, verum etiam vi-  
tio dandum puto. quorum iudicium in eo, quod

Non. n. a-  
māda glo-  
ria, sed id  
vnde oriū-  
gloria, ho-  
nestū, &  
virtus.

gloriam contemnant, & pro nihilo putent, diffi-  
le factu est non probare: sed videntur labores, &  
molestias tum offensionum, tum repulsarum, qua-  
si quandam ignominiam, timere, & infamiam.  
sunt enim, qui in rebus contrarijs parum sibi con-  
stent; voluptatem seuerissime contemnant, in do-  
lore sint molliores; gloriam negligant, frangan-  
tur infamia: atque ea quidem non satis constanter

Sed ijs, qui habent a natura adiumenta rerum ge-  
rendarum, abiecta omni cunctatione adipiscendi  
magistratus sunt, & gerenda resp. est. nec enim

Quae nō i  
otiosa vi-  
ta, sed i re-  
bus gerē-  
dis perspi-  
citur.

aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi magni-  
tudo potest. Capessentibus autem remp. nihil mi-  
nus quam philosophis, haud scio an magis etiam,  
& magnificentia, & despicientia adhibenda est re-  
rum humanarum, quam saepe dico, & tranquilli-  
tas animi, atque securitas: si quidem nec anxij  
futuri sunt, & cum gravitate, constantiaq. victu-  
ri. quae eo faciliora sunt philosophis; quo minus  
patent multa in eorum vita, quae fortuna feriat;  
& quo minus multis rebus egēt; & quia, si quid

aduersū

aduersi eueniat, tam grauius cadere nō possunt. quo circa nō sine causa maiores motus animorū concitantur: maioraq. efficienda remp. gerentibus, quā quietis. quo magis his & magnitudo animi est adhibenda, & vacuitas ab angoribus. Ad rem gerendam autem qui accedit, caueat, ne id modo cōsideret, quam illa res honesta sit; sed ēt ut habeat efficiendi facultatem. in quo ipso considerandū est, ne aut temere desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem. in omnibus autem negotijs prius, quam aggrediare adhibenda est præparatio diligens. Sed cum plerūque arbitrentur res bellicas maiores esse, quam urbanas; minuēda est hæc opinio. multi enim bella sæpe quaesuerunt, propter gloriæ cupiditatem: atque in magnis animis, ingenijsq. id plerunque contingit, eoq. magis, si sunt ad rem militarem apti, & cupidi bellorum gerendorum. vere autem si volumus iudicare, multæ res extiterunt urbanae maiores, clarioresq. quam bellicæ. quamuis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen, quam Solonis, illustrius, citeturq. Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei, quo primum constituit Ariopagitas: non minus præclarum hoc, quam illud, iudicandum est. illud enim semel profuit, hoc semper proderit ciuitati: hoc consilio leges Atheniēsium, hoc maiorum instituta seruantur. & Themistocles quidē nihil dixerit, in quo ipse Ariopagum

Perfisgræ  
cia pulsus,  
trucidatus,

D adiune-

Vtriq. p-  
stitit Age  
filaus: sed  
ab illis di  
latatum  
magis im  
periū est.

Minor,  
Palli fili<sup>o</sup>

Tribunū  
pl. p. nicio  
fas reip.  
leges fe-  
rentem.

Coniura  
tione op-  
pressa.

adiuuerit: at ille adiuu<sup>it</sup> Themistoclem. est enim  
bellum gestum consilio senatus eius, qui a Solone  
erat constitutus. licet eadem de Pausania, Lysan-  
droq. dicere. quorum rebus gestis quamquam im-  
perium Lacedæmoniorum dilatatum putatur; ta-  
men ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus  
& disciplinæ conferēdi sunt: quin etiam ob has ip-  
sas causas & paratiores habuerunt exercitus, et  
fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M.  
Scaurus C. Mario, neque, cum uersaremur in  
rep. Q. Catulus Cn. Pompeio cedere uidebatur.  
parua enim sunt foris arma, nisi est consilium do-  
mi. nec plus Africanus, singularis & uir, & Im-  
perator, in excidenda Numantia reip. profuit,  
quam eodem tempore P. Nasica priuatus, cum  
Ti. Gracchum interemit. quamquam hæc quidē  
res non solum ex domestica est ratione: attingit. n.  
& bellicam, quoniam ui, manuq. confecta est.  
sed tamen id ipsum gestum est consilio urbano, si-  
ne exercitu. Illud autem optimum est, in quo me  
inuadi solere ab inuidis, & improbis audio:

Cedant arma togæ: concedat laurea linguæ.  
ut enim alios omittam, nobis remp. gubernanti-  
bus non ne togæ arma cessere? neque enim in rep.  
periculum fuit grauius umquam, nec maius otii.  
ita consilijs, diligentiaq. nostra celeriter de mani-  
bus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ce-  
ciderunt. quæ res igitur gesta est umquam in bello  
tanta? quis triumphus conferendus? licet enim,

Marce

Marce fili, apud te gloriari, ad quæ & hereditas  
 huius gloriæ, & factorum imitatio pertinet. mihi  
 quidem certe, vir abundans bellicis laudibus, Cn.  
 Pompeius, multis audientibus, hoc tribuit, ut di-  
 ceret, frustra se tertium triumphum deportatu-  
 rum fuisse, nisi meo in rep. beneficio, ubi trium-  
 pharet, esset habiturus. Sunt ergo domesticæ for-  
 titudines nō inferiores militaribus: in quibus plus  
 etiam, quam in his, operę, studijq. ponendum est.  
 omnino enim illud honestum, quod ex animo ex-  
 celso, magnificoq. quærimus, animi efficitur, non  
 corporis uiribus. exercendum tamen est corpus,  
 & ita afficiendum: ut obedire consilio, rationiq.  
 possit in exsequendis negotijs, & in labore tole-  
 rando. honestum autem id, quod exquirimus, to-  
 tum est positum in animi cura, & cogitatione: in  
 quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati  
 reip. præsent, quam qui bella gerunt. itaque eo-  
 rum consilio sæpe aut non suscepta, aut confecta  
 bella sunt, non numquam etiam illata, ut M. Ca-  
 tonis consilio bellum tertium Punicum: in quo est  
 mortui ualuit auctoritas. quare expetenda qui-  
 dem magis est decernendi ratio, quam decertandi  
 fortitudo: sed cauendum, ne id bellandi magis  
 fuga, quam utilitatis ratione, faciamus. Bel-  
 lum autem ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax  
 quæsita uideatur. Fortis uero animi, & constantis  
 est, non perturbari in rebus asperis, nec tumul-  
 tuantem de gradu deijci, ut dicitur; sed præsentis

Mithrida-  
 te & Ti-  
 graue vi-  
 ctis.

Cū actū  
 est, Cato-  
 ne iam  
 mortuo,  
 de Car-  
 thagine  
 euertēda

animi uti consilio, nec a ratione discedere. quãquã  
 hoc animi, illud etiam ingenij magni est, præcipe  
 re cogitatione futura, & aliquantò ante constituẽ  
 re, quid accidere possit in utranque partem; &  
 quid agendum sit, cum quid euenerit; nec commit  
 tere aliquid, ut aliquãdo dicendum sit, Non puta  
 ram. hæc sunt opera magni animi, & excelsi, &  
 prudentia, consilioq. fidentis. temere autem in a  
 cie versari, & manu cum hoste conflagere, imma  
 ne quiddam, & belluarum simile est. sed, cum  
 tempus est, necessitasq. postulat, decertandum  
 manu est, & mors seruituti, turpitudiniq. antepo  
 nenda. De euertendis autem, diripiendis que vr  
 bibus valde illud cõsiderandum est, ne quid teme  
 re, ne quid crudeliter fiat. idque est viri magna  
 nimi, rebus agitatissimis punire fontes, multitudinem  
 conseruare, in omni fortuna recta, atque honesta  
 retinere. ut enim sunt, quemadmodum supra di  
 xi, qui urbanis rebus bellicas anteponunt: sic re  
 perias multos, quibus periculosa, & callida conse  
 lia quietis cogitationibus splendidiora, & maiora  
 videantur. nunquam omnino periculi fuga com  
 mittendum est, ut imbelles, timidique videamur:  
 sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos peri  
 culis sine causa. quo nihil potest esse stultius. qua  
 propter in adeundis periculis cõsuetudo imitãda  
 medicorum est, qui leuiter egrotantes leuiter cu  
 rant; grauioribus autem morbis periculosas cura  
 tiones, & ancipites adhibere coguntur. quare in  
 tran-

Virib. nõ  
ratione,  
utenfium

Accura  
te exami  
natis.

Quo di  
stinguũt a  
fortitudi  
ne teme  
ritas.

Quæ vel  
salutem,  
vel interi  
tu afferãt



tranquillo tempestatem aduersam optare, demeritis est; subueniri autem tempestati quavis ratione sapientis, eoq. magis, si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali. Periculosa autem rerum actiones partim ijs sunt, qui eas suscipiunt; partim reip. Itemq. alij de vita alij, de gloria, & beneuolentia ciuicium in discrimen vocantur. promptiores igitur desiemus esse ad nostra pericula, quam ad communia, dimicare sq. paratius de honore, & gloria, quam de ceteris commodis. inuenti autem multi sunt, qui non modo pecunia, sed vitam etiam profunderere pro patria parati essent; ijdem gloriae iacturam ne minimam quidem facere vellent, ne rep. quidem postulante: ut Callicratidas, qui, cum Lacedaemoniorum dux esset Peloponnesiaco bello, multa q. fecisset egregie, vertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginusis remouendam, nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. quibus ille respondit; Lacedaemonios, classe illa amissa, aliam parare posse; se fugere sine suo dedecore non posse. atque haec quidem Lacedaemonijs plaga mediocris fuit, illa pestifera, qua, cum Cleombrotus, inuidiam timens, temere cum Epaminonda conflixisset, Lacedaemoniorum opes corruerunt. quanto Q. Maximus melius: de quo Ennius:

Unus homo nobis cunctando restituit rem:  
Non ponebat enim rumores ante salutem.  
Ergo magisq. magisq. viri nunc gloria claret.

Libenter  
& a Graecis; & a nobilissimis Graeciae populis exemplum

Huc versum Virgil. in lib. 6. transtulit, ut alios alibi ex veteribus poetis.

D 3 quod

quod genus peccandi vitandum est etiam in rebus urbanis, sunt enim, qui quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamen inuidiæ metu non audent dicere. Omnino, qui reip. præfuturi sunt, duo Platonis præcepta teneant; unum, ut utilitatem civiũ sic tueantur, ut, quidquid agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum: alterum, ut totam corpus reip. curent; ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. ut enim tutela, sic procuratio reip. ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa, gerenda est. qui aut parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem, atque discordiã. ex quo evenit, ut alij populares, alij studiosi optimi cuiusq; videantur, pauci uniuersorum. hinc apud Athenienses magnæ discordiæ ortæ, in nostra rep. non solũ seditio nes, sed pestifera et bella ciuilia. quæ grauis et fortis ciuis, in rep. dignus principatu, fugiet, atque oderit, tradetq. se totum reip. neque opes, aut potentiam consecrabitur, totamq. eam sic tuebitur, ut omnibus consulat. Nec vero criminibus falsis in odium aut inuidiã quemquã vocabit: omninoq. ita iustitiæ, honestatiq. adhaerescet, ut, dum eam conseruet, quamuis grauiter offendat, mortẽ appetat potius, quam deserat illa, quæ dixi. Miserri ma est omnino ambitio, honorumq. contentio; de qua præclare apud eundẽ est Platonẽ: similiter facere eos, q. inter se cõtenderent, uter potius remp.

Qui dicũtur optimates: d. quibus multa in oratione p. Sexto.

remp. administret, ut, si aut & certarent, quis eorum potissimum gubernaret. idemq. præcipit, ut eos aduersarios existimemus, & qui arma contra ferant; non eos, qui suo iudicio tueri remp. velint: qualis fuit inter P. Africanum, & Q. Metellum sine acerbitate dissensio. Nec uero audiendi, qui grauiter irascendum inimicis putant, idq. magni, & fortis uiri esse censent. nihil enim laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia. In liberis uero populis, & iuris æquabilitate, exercenda etiam est facilitas, & altitudo animi quæ dicitur: ne, si irascamur aut intempestiue accidentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem, & odiosam incidamus. Et tamen ita probanda est mansuetudo, atque clementia, ut adhibeatur, reip. causa, seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest. Omnis autem & animaduersio, & castigatio contumelia uacare debet, neq; ad eius, qui punit aliquem, aut uerbis castigat, sed ad reip. utilitatem referri. Cauendum est etiam, ne maior pœna, quàm culpa sit; & ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem. Prohibenda autem maxime est ira in puniendo. numquam enim, iratus qui accedet ad penam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium, & parum: quæ placet Peripateticis & recte placet, modo ne laudarent iracundiam, & dicerent utiliter a natura datam. illa uero omnibus in re-

eodẽ anno, Africanus ex Africa, Metellus ex Macedonia, triumphauerunt.

Si tantum ob egregias res irascemur,

bus repudianda est: optandumq. ut ij, qui praesunt reip. legum similes sint: quae ad puniendum non iracundia, sed aequitate ducuntur. Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, arrogantiaq. fugiamus. nam ut aduersas res, sic secundas immoderate ferre, leuitatis est: praeclearaq. est aequabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademq. frons: ut de Socrate, item de Caio quoq; Laelio accepimus. Philippum quidem, Macedonum regem, rebus gestis, & gloria separatim a filio, facilitate vero, & humanitate video superiorem fuisse. itaque alter semper magnus, alter saepe turpissimus fuit. ut recte praecipere videantur, qui monent, ut, quanto superiores simus, tanto nos summissius geramus. Panætius quidem auditorum Africanum, & familiarem suum solitum ait dicere: ut equos, propter crebras contentiones praeceliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere soleant, ut his facilioribus possint uti, sic homines, secundis rebus effrenatos, sibi que praesidentes, tanquam in gyrum rationis, & doctrinae duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemq. fortunae. Atque etiam in secundissimis rebus maxime est utendum consilio amicorum: hisq. etiam maior, quam ante, tribuenda est auctoritas iisdemq. temporibus cauendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. in quo falli facile est. tales enim nos esse putamus,

ut

Cum oia  
quae vide-  
tur esse i-  
fra nostram  
fortunam,  
fastidio  
quodam  
reiciimur.

Et cogitatio,  
& discendo.  
nominavit  
& doctrinam.

ut iure laudemur: ex quo nascuntur innumerabilia peccata; cum homines, inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis versantur erroribus. Sed hæc quidem hætenus. Illud autem sic est iudicandum, maximas gereres, & maximè animi ab ijs, qui remp. regant; quòd eorum administratio latissime pateat, ad plurimosq. pertineat esse autem magni animi, & fuisse multos, etiam in vita otiosa, qui aut inuestigarent, aut conarentur magna quædam, seseq. suarum rerum finibus continerent; aut interiecti inter philosophos, & eos, qui remp. administrarent, delectarentur re sua familiari, non eam quidem omni ratione exagerantes, neque excludentes ab eius usu suos, potiusq. & amicis impartientes; & reip. si quando usus esset. quæ primum bene parta sit, nulloque turpi questu, neque odioso: tum, quamplurimis, modo dignis, se utilem præbeat: deinde, augeatur ratione, diligentia, parsimonia: nec libidini potius, luxuriæq., quam liberalitati, & beneficentiæ, pateat. hæc præscripta seruantem licet magnifice, grauitè, animoseq. viuere, atque etiam simpliciter, fideliter, vitæq. hominum amice. Sequitur, ut de illa reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua verecundia, & quasi quidam ornatus vitæ, temperantia, & modestia, omnisq. sedatio perturbationum animi, & rerum modus cernitur. hoc loco continetur, id quod dici latine decorum potest: Græce enim πρέπον dicitur.

buius

Quæ Philo-  
sophi  
nō curāt.  
Tria ma-  
xime præ-  
cipiuntur  
in re fa-  
miliari.

Téperan-  
tia, de ijs  
virtutib.  
vnde ma-  
nat hono-  
stū, quar-  
tæ.

Iustitia,  
fortitudi-  
ne, prudē-  
tia.

Decorū  
cum om-  
ni virtu-  
te confu-  
sum est.  
Decorī d̄  
scriptio  
duplex.

huius vis est ea, ut ab honesto non queat separari. nam & quod decet, honestum est: & quod honestum est, decet. qualis autem differentia sit honesti, & decori, facilius intelligi, quam explanari potest. quidquid enim est, quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. itaque non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco disserendum est, sed etiam in tribus superioribus, quid deceat, apparet. nam & ratione uti, atq; oratione prudenter; & agere, quod agas, considerare; omniq. in re, quid sit veri, videre, & tueri decet: contraq. falli, errare, labi, decipi, tam dedecet, quam delirare, & mente captum esse. Et iusta omnia decora sunt; iniusta omnia contra, ut turpia, sic indecora. Similis est ratio fortitudinis. quod enim viriliter, animoq. magno fit, id dignū viro, & decorum videtur: quod contra, id ut turpe, sic indecorum. quare pertinet quidem ad omnem honestatem hoc, quod dico, decorum, & ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promptu. est enim quiddam, idque intelligitur in omni virtute, quod deceat: qđ cogitatione magis a virtute potest, quam re separari, ut enim venustas, & pulchritudo corporis secerni non potest a valetudine: sic hoc, de quo loquimur, decorum, totum quidem illud est cum virtute confusum, sed mente, & cogitatione distinguitur. Est autem eius descriptio duplex. nam & generale quoddā decorum intelligimus, quod  
in omni

in omni honestate versati; & aliud huic subie-  
ctū, quod pertinet ad singulas partes honestatis,  
atq; illud superius sic fere definiri solet; decorum  
id esse, quod consentaneum sit hominis excellētiæ  
in eo, in quo natura eius a reliquis animantibus  
differat. Quae autē pars subiecta generi est, eā  
sic definiunt, ut id decorum esse velint, quod ita  
naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio, &  
temperantia appareat cum specie quadam libera-  
li. hæc ita intelligi a philosophis, possumus existi-  
mare ex eo decoro, quod poetae sequuntur: de quo  
alio loco plura dici solent. sed tum seruare illud  
poetas dicimus, quod deceat, cum id, quod quaq;  
persona dignum est, & fit, & dicitur: ut, si aut  
Aeacus, aut Minos diceret,

Oderint, dum metuant; aut,

Natis sepulcrum ipse est parens;  
indecorum videtur, quod eos fuisse iustos accepi-  
mus. at, Atreo dicente, plausus excitantur: est  
enim digna persona oratio. sed poetae, quid quem  
que deceat, ex persona iudicabunt: nobis autem  
personam imposuit ipsa natura, magna cum ex-  
cellētia, præstantiaq; animantium reliquorum.  
quocirca poetae in magna veritate personarum,  
etiam uitiosius quid conueniat, & quid deceat, vi-  
debunt. nobis autem cum a natura constantiæ,  
moderationis, temperantiæ, uerecundiæ partes da-  
tæ sint; cumq; eadem natura doceat non negligere,  
quemadmodum nos aduersus homines gera-  
mus?

Argm̄ a  
minori,  
nā si poe-  
tæ, mul-  
to magis  
philoso-  
phi.

Thyestes  
cui filiū  
epulādū  
frater A-  
treus ap-  
posuit vi-  
de Sene-  
cā i Thy-  
ste, & Ho-  
ratium i  
arte poe-  
tica.

Pulchritudinis definitio.

Iustitia & uerecundia in quo differant.

Tres uirtutes significat, prudentiam iustitiam fortitudinem: quas hoc ipso ordine iam attigit.

mus: efficitur, ut & illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam late fustum sit, appareat, & hoc, quod spectatur in unoquoque genere uirtutis. ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt, sic hoc decorum, quod elucet in uita, mouet approbationem eorum, quibuscum uiuitur, ordine, & constantia, moderatione dictorum omnium, atque factorum. adhibenda est igitur quedam reuerentia aduersus homines & optimi cuiusque, & reliquorum. nam negligere, quid de se quisque sentiat non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem, quod differat in omni ratione habenda, inter iustitiam, & uerecundiam. Iustitiae partes sunt, non uiolare homines: uerecundiae, non offendere: in quo maxime perspicitur uis decori. His igitur expositis, quale sit id, quod decere dicimus, intellectum puto. Officium autem, quod ab eo ducitur, hanc primum habet uiam, quae deducit ad conuenientiam, conseruationemque naturae: quam si sequemur ducem, nunquam oberrabimus, sequemurque & id, quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum societatem accommodatum; & id, quod uehemens, atque forte. sed maxima uis decori in hac inest parte, de qua disputamus. neque enim solum corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus



motus probandi, qui item ad naturam accommo-  
 dati sunt. Duplex est enim uis amicorum, atq; na-  
 tura. una pars in appetitu posita est; quæ est o' p'p'n  
 græce; quæ hominem huc, & illuc rapit: altera  
 in ratione; quæ docet, & explanat, quid facien-  
 dum, fugiendumq. sit. ita fit, ut ratio præsit, ap-  
 petitus uero obtemperet. Omnis autem actio ua-  
 care debet temeritate, & negligentia; nec uero a-  
 gere quidquam, cuius non possis causam probabi-  
 lē reddere. hæc est enim fere descriptio officij. Ef-  
 ficiendum autem est, ut appetitus rationi obediāt,  
 eamq. neque præcurrant, nec propter pigritiam,  
 aut ignauiam deserant; sintque tranquilli, atque  
 omni perturbatione animi careant. ex quo eluce-  
 bit omnis constantia, omnisque moderatio. nam  
 qui appetitus longius euagantur, & tanquam e-  
 xultantes siue cupiendo, siue fugiendo non satis a  
 ratione retinentur, hi sine dubio finem, & modum  
 transeunt. relinquunt enim, & abijciunt obedi-  
 tiam, nec rationi parēt, cui sunt subiecti lege natu-  
 ræ. a quibus non modo animi perturbantur. sed  
 etiam corpora. licet ora ipsa cernere iratorum,  
 aut eorū, qui aut libidine aliqua, aut metu cōmo-  
 ti sunt, aut uoluptate nimia gestiunt: quorum om-  
 nium uultus, uoces, motus, statusq. mutantur. ex  
 quibus illud intelligitur, (ut ad officij formam  
 reuertamur) appetitus omnes contrahendo, se-  
 dandosque, excitandamq. esse animaduersionem,  
 & diligentiam, ut ne quid temere, ac fortuitu,  
 inconsi-

Appetit<sup>o</sup>  
 rōni obe-  
 diant.

Appetit<sup>o</sup>  
 rōni lege  
 naturæ  
 subiecti.

Attēde, q̄  
 sit officij  
 forma.

inconsi-

Naturæ  
nos ad se  
ueritatē  
genuit.

Duplex  
iocandi  
genus.

inconsiderate, negligenterq. agamus. neque enim  
ita generati a natura sumus, ut ad ludum, & iocum  
facti esse videamur. sed ad seueritatē potius,  
& ad quædam studia grauiora, atque maiora.  
Ludo autem, & ioco uti illis quidem licet, sed, si-  
cut somno, & quietibus ceteris, tum, cum graui-  
bus, serijsq. rebus satisfecerimus. ipsumq. genus  
iocandi non profusum, nec immodestum, sed inge-  
nuum, & facetum esse debet. ut enim pueris non  
omnem licentiam ludendi damns, sed eam, quæ  
ab honestatis actionibus non sit aliena; sic ipso ioc-  
co aliquod probi ingenij lumen eluceat. Duplex  
omnino est iocandi genus; unum illiberale, petu-  
lans, flagitiosum, obscenum; alterum elegans, ur-  
banum ingeniosum, facetum. quo genere non mo-  
do Plautus noster, & Atticorum antiqua comæ-  
dia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri  
referti sunt; multaque multorum facete dicta; ut  
ea, quæ a sene Catone sunt collecta, quæ vocantur  
ἀποφθέγματα. Facilis igitur est distinctio ingenui,  
& deliberalis ioci. alter est, si tempore fit, ac re-  
misso animo, libero dignus; alter ne homine qui-  
dem, si rerum turpitudini adhibetur verborum  
obscenitas. Ludendi etiam est quidam modus re-  
tinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatiq.  
voluptate in aliquam turpitudinem delabamur.  
suppeditant autem & campus noster, & studia  
venandi honesta exempla ludendi. Sed pertinet  
ad omnem officij quæstionem, semper in promptu  
habere,

habere, quantum natura hominis pecudibus, reliquisq. bestijs antecedit. illæ enim nihil sentiunt, nisi voluptatem, ad eamq. feruntur omni impetu: hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique, & audiendi delectatione ducitur. quinetiam, si quis est paullo ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere, (sunt enim quidam homines non re, sed nomine) sed si quis est paullo erectior, quavis voluptate capiatur, occultat, & dissimulat appetitum voluptatis, propter verecundiam. ex quo intelligitur, corporis voluptatē non satis esse dignam hominis præstantia, eamq. contemni, & reijci oportere; sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse modum eius fruendæ. itaque victus, cultusq. corporis ad valetudinem referantur, & ad vires, non ad voluptatem. Atque etiam, si considerare volumus, quæ sit in natura excellentia, & dignitas: intelligemus, quam sit turpe diffluere luxuria, & delicate, ac molliter viuere: quamque honestum, parce, continenter, seuerè, sobrieque. Intelligendum est etiam, duabus quasi nos à natura indutos esse personis: quarum vna est communis, ex eo, quod omnes participes sumus rationis, præstantiaq. eius, qua antecellimus bestijs, a qua omne honestum, decorumq. trahitur, & ex qua ratio inueniendi officij exquiritur: altera autem, quæ propria singulis est tributa. vt enim in corpo-

ribus

Bestiæ præter voluptatē nihil sentiunt.

Hominis mens discendo alitur.

corporis voluptas non satis digna est hominis præstantia.

Natura duabus personis hominē induit, vna cōi, altera propria.

Virile qd  
dā digni-  
tas, mulie-  
bre venu-  
stas habet  
infra.

ribus magnę dissimilitudines sunt: alios enim vi-  
demus velocitate ad cursum, alios viribus ad lu-  
ctandum valere; itemq. in formis, alijs dignitatē in-  
esse, alijs venustatem) sic & in animis existunt et  
maiores varietates. erat in L. Crasso, & L. Philip-  
po multus lepos, maior etiam, magisque de indu-  
stria in C. Cæsare L. filio, at iisdem temporibus in  
M. Scauro, & in M. Druso adolescente singula-  
ris seueritas. in C. Lælio multa hilaritas, in eius  
familiari Scipione ambitio maior, vita tristior. de  
Græcis autem, dulcem, & facetum festiuq. sermo-  
nis, atque in omni oratione simulatorem, quem  
εἰς πόρον Græci nominauerunt, Socratem accepi-  
mus; contra, Pythagoram, & Periclem sum-  
mam auctoritatem consecutos sine vlla hilarita-  
te. callidum Hannibalem ex Pænorum, ex no-  
stris ducibus Q. Maximum accepimus, facile  
celare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere ho-  
stium consilia. in quo genere Græci Themistoclem  
Atheniensem, & Phœream Iasonem ceteris an-  
teponunt. in primisq. versutum, & callidum fa-  
ctum Solonis: qui, quo & tutior vita eius esset,  
& plus aliquanto reip. prodesset, furere se simula-  
uit. Sunt his alijs multum dispares, simplices, &  
aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidijs agen-  
dum putant, veritatis cultores, fraudis inimici:  
itemq. alijs, qui quiduis perpetiantur, cuius deser-  
uiant, dum, quod velint, consequantur: ut Syl-  
lam, & M. Crasum videbamus. quo in genere  
versu-

versutissimum, & patientissimum Lacedæmoniu  
 Lysandrum accepimus; contraq. Callicratidam,  
 qui præfectus classis proximus post Lysandru fuit.  
 Itemque in sermonibus, aliam quidem videmus,  
 quamuis præpotens sit, efficere, ut unus de mul-  
 tis esse videatur. quod in Catulo, & in patre, &  
 in filio, idēq. & in Q. Mucio Mācino vidimus.  
 audiui & ex maioribus natu, hoc idem fuisse in  
 P. Scipione Nasica; contraq. patrem eius, illum,  
 qui Ti. Gracchi conatus perditos vindicavit, nul-  
 lam comitatem habuisse sermonis; nec non Xeno-  
 cratem quidem severissimum philosophorum, ob  
 eamq. rem ipsam magnum, clarumq. fuisse. In-  
 numerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ, mo-  
 rumque, minime tamen vituperandorum. Ad-  
 modum autem tuenda sunt sua cuiq; non vitiosa,  
 sed tamen propria, quo facilius decorum illud,  
 quod quærimus, retineatur. sic. n. est faciendum,  
 ut contra naturam uniuersam nihil cōtendamus;  
 ea tamen conseruata, propriam naturam sequa-  
 mur; ut, etiam si sint alia grauiora, atque meliora;  
 tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur.  
 neq; enim naturæ attinet repugnare, nec quidquā  
 sequi, quod a se sequi nequeas. ex quo magis emer-  
 git, quale sit decorum illud: ideo quia nihil decet  
 inuita, ut aiunt, Minerva, id est aduersante,  
 & repugnante natura. omnino, si quidquam  
 est decorum, nihil est profecto magis, quam æqua-  
 bilitas uniuersæ vitæ, tum singularum actio-

Cōtra vo-  
luntatem  
optima-  
tū. id est  
cōtrarēp.

Sua cuiq;  
propria  
tuenda.

Horat. Tu  
nihilinū  
tu dices  
faciesve  
Minerua

E num:

num: quam conseruare non possis, si aliorum natu-  
ram imiteris, omittas tuam. ut enim sermone eo  
debemus uti, qui notus est nobis, ne, ut quidam  
græca verba inculcantes, iure optimo ridēamur:  
sic in actiones, omnemq. vitam nullam discrepan-  
tiam conferre debemus. atque hæc differentia na-  
turarum tantam habet vim, ut non numquam  
mortem sibi ipsi alius consciscere debeat, alius in  
eadem causa non debeat. non enim alia in causa

Non idē  
oēs decet.

Ergo hæc  
scripta  
sunt Cæ-  
sare mu-  
tuo.

Id quēq;  
decet, qd

M. Cato fuit, alia ceteri, qui se in Africa Cæsari  
tradiderunt. atqui ceteris forsitan vitio datum es-  
set, si se interemissent: propterea quod eorum vi-  
ta lenior, & mores fuerant faciliores: Catoni au-  
tem cum incredibilem tribuisset natura grāuita-  
tem; eamq. ipse perpetua constantia roborasset;  
semperq. in proposito, susceptoq. consilio perman-  
sisset; moriendum potius, quam tyranni vultus  
aspiciendus fuit. Quam multa passus est Ulysses  
in illo errore diuturno, cum & mulieribus (si Cir-  
ce, & Calypso mulieres appellandæ sunt) inserui-  
ret, & in omni sermone omnibus affabilem se es-  
se vellet: domi vero etiam contumelias seruorū,  
ancillarumq. pertulit, ut ad id aliquando, quod  
cupiebat perueniret. at Ajax, quo animo tradi-  
tur, millies oppetere mortem, quam illa perpeti,  
maluisset. quæ contemplantes expendere oportet-  
bit, quid quisque habeat sui, eaq. moderari, nec  
velle experiri, quam se aliena deceant. id enim  
quemque decet, quod est cuiusque suum maxime.

suum

suum igitur quisque noscat ingenium, ac remq. se  
 & vitiorum, & honorum suorum iudicet, pre-  
 beat: ne scenici plus, quam nos, videantur  
 habere prudentiæ. illi enim non optimas, sed si-  
 bi accommodatissimas fabulas eligunt. qui enim  
 voce freti sunt, Epigonos, Medeamque; qui ge-  
 stu, Menalippam, Clytemnestram: semper Ru-  
 pilius, quem ego memini, Antiopam, non sæpe  
 Aesopus Aiacem. ergo histrio hæc videbit in sce-  
 na, quod non videbit sapiens in vita? Ad quas  
 igitur res aptissimi erimus, in his potissimum ela-  
 borabimus. sin aliquando necessitas nos ad ea de-  
 truserit, quæ nostri ingenij non erunt: omnis adhi-  
 benda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea si  
 non decore, at quamminimum indecore facere  
 possimus. nec tam est enitendum, ut bona, quæ  
 nobis data non sunt, sequamur, quam ut vitia fu-  
 giamus. Ac duabus his personis, quas supra di-  
 xi, tertia adiungitur; quam casus aliquis, vel  
 tempus imponit: quarta etiam, quam nobismet  
 ipsis iudicio nostro accommodabimus. nam regna,  
 imperia, nobilitates, honores, diuitiæ, opes, eaq.  
 quæ sunt his contraria, in casu sita, temporibus gu-  
 bernantur: ipsi autem quam personam gerere ve-  
 limus, a nostra voluntate proficiscitur. itaque se  
 alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile, alij ad  
 eloquentiam applicant: ipsarumq. virtutum in  
 alia alius mauult excellere. quorum vero patres;  
 aut maiores in aliqua gloria præstiterunt, eorum

Est cuius-  
 que suū  
 maxime.

Ad quas  
 apti res  
 sumus, i  
 ijs elabo-  
 remus.

Diuitiæ,  
 & opes i  
 casu site  
 sunt.

Aemilij,  
q. de Per  
sa Mace-  
donū re-  
ge trium  
phauit.

Vitæ ge-  
nus confi-  
derate de-  
ligendū.

Lib. 2. me-  
morabi-  
lium.

plerique in hoc genere laudis student excellere; ut  
 Q. Mucius P. filius in iure civili, Pauli filius  
 Africanus in re militari. Quidam autem ad eas  
 laudes, quas a patribus acceperunt, addunt ali-  
 quam suam: ut hic idem Africanus eloquentia cu-  
 mulauit bellicam gloriam: quod idem fecit Timo-  
 theus, Cononis filius; qui, cum belli laude non  
 inferior fuisset, quam pater, ad eam laudem do-  
 ctrinae, & ingenij gloriam adiecit. Fit autem in-  
 terdum, ut nonnulli, ommissa imitatione maiorum,  
 suum quoddam institutum consequantur. maxi-  
 meq. in eo plerunque elaborant, qui magna sibi  
 proponunt, obscuris orti parentibus. Hæc igitur  
 omnia, cum quærimus quid deceat, complecti a-  
 nimo, & cogitatione debemus. In primis autem  
 constituendum est, quos nos, & quales esse veli-  
 mus, & in quo genere vitæ. quæ deliberatio est  
 omnium difficillima. ineunte enim adolescentia,  
 cum inest maxima imbecillitas consilij, tunc id  
 sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod  
 maxime adamauit: itaque ante implicatur aliquo  
 certo genere, cursuq. viuendi, quam potuit, quod  
 optimum esset, iudicare. Nam, quod Hercu-  
 lem Prodicus dicit, (ut est apud Xenophontem)  
 cum primum pubesceret, quod tempus a natu-  
 ra ad deligendum, quam quisque viam viuendi  
 sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem,  
 atque ibi sedentem diu secum multumque dubi-  
 tasse, cum duas cerneret vias, unam voluptatis,  
 alteram



alteram virtutis, utram ingredi melius esset: hoc Herculi, Iouis sator edito, potuit fortasse contingere: nobis non item, qui imitamur, quos cuique visum est, atque ad eorum studia, institutaque impellimur. Plerunque autem, parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, morumque deducimur, alij multitudinis iudicio feruntur, quæque maiori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant. nonnulli tamen, siue felicitate quadam, siue bonitate naturæ, siue parentum disciplina, rectam vitæ secuti sunt viam. Illud autem maxime rerum genus, eorum, qui aut eccellente ingenij magnitudine, aut præclara eruditione, atque doctrina, aut utraque re ornati, spatium deliberandi habuerunt, quem potissimum vitæ cursum sequi vellent. in qua deliberatione ad suam cuiusque naturam consilium est omne reuocandū. nam cum in omnibus, quæ aguntur, ex eo modo, quo quisque natus est, ut supra dictum est, quid deceat, exquirimus: tum in tota vita constituenta multo est eius rei cura maior adhibenda; ut constare in vitæ perpetuitate possimus nobismet ipsis, nec in ullo officio claudicare. Ad hanc autem rationem quoniam maximam vim natura habet, fortuna proximam; utriusque omnino ratio habenda est in deligendo genere vitæ, sed naturæ magis. multo enim & firmiter est, & constantior: ut fortuna nonnunquam ipsa mortalis cum immortalis natura pugnare videatur.

Vt in fabulis.

Liberū arbitriū cōcedit nobis ad imitandum. Recta vitæ via vñ. cōtingat

In deligēdo vitæ genere ad suā quisque naturā cōsiliū oē reuocet.

Fortuna mortalis, natura immortalis.

E 3 qui

qui igitur ad naturæ suæ non vitiose genus consi-  
 lium vitæ omne contulerit, is constantiam teneat;  
 id enim maxime decet, nisi forte se errasse intelle-  
 xerit in deligendo genere vitæ. quod si acciderit;  
 (potest autem accidere) facienda morum, institu-  
 torumq. mutatio est. eam igitur mutationem, si  
 tempora adiuuabunt, facilius, commodiusq. fa-  
 ciemus: sin minus, sensim erit, pedetentiumq.  
 facienda: ut amicitias, quæ minus delectent, &  
 minus probentur, magis decere, censent sapien-  
 tes, sensim dissuere, quam repente præcidere.  
 commutato autem genere vitæ, omni ratione cu-  
 randum est, ut id bono consilio fecisse videamur.  
 Sed quoniam paullo ante dictum est, imitandos  
 esse maiores: primum illud exceptum sit, ne vi-  
 tia sint imitanda: deinde, si natura non ferret, ut  
 quædam imitari possint; ut superioris Africani fi-  
 lius, qui hunc Paullo natum adoptauit, propter  
 infirmitatem valetudinis nõ tam potuit patris si-  
 miles esse, quam ille fuerat sui: si igitur non pote-  
 rit siue causas defensitare, siue populum concio-  
 nibus tenere, siue bella gerere; illa tamen præsta-  
 re debebit, quæ erunt in ipsius potestate, iusti-  
 tiam, fidem, liberalitatem, modestiam, tempe-  
 rantiam; quo minus ab eo id, quod desit, requi-  
 ratur. optima autem hæreditas a patribus tradi-  
 tur liberis, omnique patrimonio præstantior,  
 gloria virtutis, rerumq. gestarum: cui dedecori  
 esse, nefas, & vitium indicandum est. Et quo-  
 niam

Amici-  
 tiæ sensim  
 dissuen-  
 dæ.

De quo  
 sepe mē-  
 tionē fa-  
 cimus:  
 vel, ppio-  
 rem eta-  
 ti nostræ.  
 Optima  
 heredi-  
 tas a pa-  
 trib. tra-  
 ditur li-  
 beris glo-  
 ria uirtu-  
 tis.

niam officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur, aliaq. sunt iuuenum, alia seniorum: aliquid etiam de hac distinctione dicendum est. Est igitur adolescentis, maiores natu vereri, ex hisq. eligere optimos, & probatissimos, quorum consilio, atque auctoritate nitatur. ineuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda, & regenda prudentia est. Maxime autem hæc ætas a libidinibus arcenda est, exercendaq. in labore, patientiaq. & animi, & corporis, ut eorum & in bellicis, & civilibus officijs vigeat industria. atque etiam cum relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ: quod erit facilius, si eiusmodi quoque rebus maiores natu interesse velint. Senibus autem labores corporis sunt minuendi, exercitationes animi etiam augenda videntur: danda vero opera, ut amicos, & iuventutem, & maxime remp. consilio, & prudentia quamplurimum adiuuent. nihil autem magis cauendum est senectuti, quam ne languori, desidiaq. se dedat. luxuria vero cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. sin autem & libidinum intemperantia accesserit, duplex malum est, quod & ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentium impudentiorem intemperantiam. Ac ne illud quidem alienum est, de magistratuum, de priuatorum, de ciuium, de peregrinum officijs dicere. Est igitur proprium munus magistratus,

Adolescētiae ratio laudabiliter traducenda.

Senib, præcepta.

Senex in luxuria dupliciter peccat, primum re, deinde exépto.

E 4 intelli-

Boni ci-  
uis offi-  
cium.

Peregri-  
ni offi-  
cium.

Decorū  
quibus ī  
rebus cō-  
sistat.

Corpo-  
ris huma-  
ni formā  
honestā  
specie  
natura  
exorna-  
uit.

intelligere, se gerere personam civitatis, debere  
reg. eius dignitatem, & decus sustinere, servare  
leges, iura describere, ea fidei suae commissa me-  
minisse. Privatam autem oportet aequo, & pari  
cum civibus iure vivere, neque summissum &  
abiectum, neque se efferentem; tum in rep. ea vel-  
le, quae tranquilla, & honesta sint. talem enim et  
sentire, & bonum civem dicere solemus. Pere-  
grini autem, & incolae officium est, nihil praeter  
suum negotium agere, nihil de alio inquirere, mi-  
nimeq. in aliena esse rep. curiosum. ita fere offi-  
cia reperientur, cum quaeretur, quid deceat, &  
quid aptum sit personis, temporibus, & aetibus.  
nihil est autem, quod tam deceat, quam in om-  
ni re gerenda, consilioq. capiendo servare con-  
stantiam. Sed quoniam decorum illud in omni-  
bus factis, & dictis, in corporis denique motu,  
& statu cernitur, idq. positum est in tribus rebus,  
formositate, ordine, ornatu ad actionem apto;  
(difficilius ad eloquendum, sed satis erit intelli-  
gi) in his autem tribus continetur cura etiam il-  
la, ut probemur ab ijs, cum quibus, & apud  
quos vivamus: his quoque de rebus pauca dicantur.  
Principio corporis nostri magnam naturam  
ipsa videtur habuisse rationem: quae formam no-  
stram, reliquamq. figuram, in qua esset species  
honestae, eam posuit in promptu; quae autem par-  
tes corporis, ad naturae necessitatem datae, aspe-  
ctum essent deformem habiturae, atque turpem,

eas

eas contexit, atque abdidit. hanc naturæ tam diligenter fabricam imitata est hominum verecundia, quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui sanæ mente sunt, remouent ab oculis; ipsiq. necessitati, dant operam, ut quam occultissime pareant: quarumq. partium corporis usus sunt necessarij; eas neque partes, neque earum usus suis nominibus appellant: quodq. facere non turpe est, modo occulte, id dicere obscenum est. itaque nec actio rerum illarum aperta petulantia vacat, nec oratio obscenitate. Nec vero audiendi sunt Cynici, aut si qui fuerunt Stoici pæne Cynici, qui reprehendunt, & irrident, quod ea, quæ turpia re non sunt, verbi flagitiosa dicamus; illa autem, quæ turpia sint, nominibus appellamus suis, latrocinari, fraudare, adulterari, re turpe est, sed dicitur non obscene: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscenum: pluraq. in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur, & ab omni, quod abhorret ab ipsa oculorum, auriumq. comprobatione, fugiamus. stans, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus teneant illud decorum. Quibus in rebus duo sunt maxime fugienda, ne quid effeminatum, aut molle; aut ne quid durum, aut rusticum sit. nec vero histrionibus, oratoribusque concedendum est, ut ijs hæc apta sint, mihi dissoluta. scenicorū quidem mos tantū habet a veteribus disci-

Vide epistolā, cuius initium est, Amo verecundiā, li. 9. fam.

Naturæ recte sequimur.

disci-

Verecun-  
dia reti-  
nēda est,  
magistra  
& duce  
natura .

De ge-  
stu.

Color  
tuendus  
est exer-  
citationi  
bus cor-  
poris .

De gres-  
su.

disciplina verecundiam, ut in scena sine subliga-  
culo prodeat nemo. Verentur enim, ne, si quo ca-  
su <sup>ca</sup>uerit, ut corporis partes quaedam aperian-  
tur, aspiciantur non decore. nostro quidem mo-  
re cum parentibus puberes filij, cum soceris  
quidem generi non lauantur. retinenda est igitur  
huius generis verecundia, praesertim natura ipsa  
magistra, & duce. Cum autem pulchritudinis  
duo genera sint, quorum in altero uenustas sit,  
in altero dignitas: uenustatem muliebrem ducere  
debemus, dignitatem uirilem. Ergo & a forma  
remoueatur omnis uiro non dignus ornatus, &  
huic simile uitium in gestu, motuq. caueatur. nam  
& palaestrici motus saepe sunt odiosiores: & hi-  
strionum non nulli gestus ineptijs non uacant: &  
in utroque genere, quae sunt recta, & simplicia,  
laudantur. Formae autem dignitas coloris bonita-  
te tuenda est, color exercitationibus corporis.  
Adbibenda est praeterea munditia non odiosa, ne-  
que exquisita nimis, tantum quae fugiat agrestem,  
& i humanam negligentiam. Eadem ratio est  
habenda uestitus: in quo, sicut in plerisque rebus,  
mediocritas optima est. Cauendum est autem, ne  
aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus,  
ut similes pomparum ferculis esse uideamur: aut  
in festinationibus suscipiamus nimias celeritates:  
quae cum fiunt, anhelitus mouentur, uultus mul-  
tantur, ora torquentur: ex quibus magna signi-  
ficatio sit, non adesse constantiam. Sed muto-  
etiam

etiam magis elaborandum est, ne animi motus a natura recedant; quod osequemur, si caueamus, ne in perturbationes, atque exanimationes incidamus, & si attentos animos ad decori conseruationem tenebimus. Motus autem animorum duplices sunt, alteri cogitationis, alteri appetitus. cogitatio in vero exquirendo maxime versatur: appetitus impellit ad agendum. curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi obedientem præbeamus. Et quoniam magna vis orationis est, eademque duplex, altera contentionis, altera sermonis: contentio disceptationibus tribuatur iudiciorum, cōcionum, senatus; sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium versetur, persequatur etiam conuiuia. contentionis præcepta rhetorum sunt, nulla sermonis. quamquam haud scio, an possint hæc quoque esse. sed discentium studijs inueniuntur magistri: huic autem qui studeant, sunt nulli: rhetorum turba referat omnia. quamquam quæ verborum sententiarumque præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. sed cum orationis indicem vocem habeamus; in uoce autem duo sequamur, ut clara sit, ut suavis: utrumque omnino a natura petendum est: uerū alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium, & leniter. quid fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti litterarum? quāquam erant litterati: sed & alij. hi autem opti-

Motus  
animorū  
duplices

Oratio-  
nis du-  
plex uis.

Discere  
cupientē  
bus ma-  
gistri nō  
desunt.

Et patres  
& filio.

me

Quod fa-  
stidiū pa-  
reret au-  
dienti.

Sermo  
quales dē  
beat esse.

Sermo i-  
dex mo-  
rum.

menti lingua latina putabatur. sonus erat dulcis:  
littere neque expressae, neque oppressae; ne aut ob-  
scurum esset, aut nimis putidum. sine contentio-  
ne vox nec languens, nec canora uberior oratio  
L. Crassi, nec minus faceta: sed bene loquen-  
di de Catulis opinio non minor. sale vero condi-  
tus, & facetijs Cæsar, Catuli patris frater, vicit  
omnes; ut in ipso illo forensi genere dicendi con-  
tentiones aliorum, sermone vinceret. In omnibus  
igitur his elaborandum est, si in omnibus, quod  
deceat, exquirimus. Sit igitur hic sermo, in quo  
Socratici maxime excellunt, lenis, minimeq. per-  
tinax: insit in eo lepos. nec vero, tamquam in pos-  
sionem suam venerit, excludat alios; sed cum  
reliquis in rebus, tum in sermone communi, vi-  
cissitudine non numquam utendum putet. ac vi-  
deat in primis, quibus de rebus loquatur: si serijs,  
seueritatem adhibeat; si iocosis, leporem. in pri-  
mis provideat, ne sermo vitium aliquod indicet  
inesse moribus, quod maxime tum solet euenire,  
cum studiose de absentibus, detrahendi causa,  
aut per ridiculum, aut seuerè, maledice, contu-  
melioseq. dicitur. habentur autem plerunque ser-  
mones aut de domesticis negotijs, aut de rep. aut  
de artium studijs, & doctrina. danda igitur o-  
pera est, ut, etiam si aberrare ad alia cæperit, ad  
hæc reuocetur oratio, sed utcumque aderūt res.  
neque enim iisdem de rebus, nec in omni tempo-  
re, nec similiter delectamur. Animaduertendum

est



est etiam, quatenus sermo delectationem habeat, & ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. Sed quoniam in omni vita rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est motus animi nimios, rationi non obtemperantes: sic eiusmodi motibus sermo debet vacare: ne aut ira existat; aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut quid tale appareat. maximeq. curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferimus, & vereri, & diligere videamur. Obiurgationes enim non numquam incidunt necessariae: in quibus utendum est fortasse & vocis contentione maiore, & verborum gravitate acriore. Id agendum etiam, ut ea facere non videamur irati, sed, ut ad vrendum, & secundum medici, sic nos ad hoc genus castigandi raro, inuitiq. veniamus, nec umquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina: sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest. Magna autem ex parte clementia castigatione licet uti, gravitate tamen adiuncta, ut severitas adhibeatur, & contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod aceritatis habet obiurgatio, significandum est, ipsius causa, qui obiurgetur, susceptum esse. Rectum est autem, etiam in illis contentionibus, quæ cum inimicissimis fiunt, etiã si nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam repellere. quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea neque constanter fieri possunt, nec

Modus i  
sermo-  
ne.

Sermo  
vacet o-  
mni per-  
turbatio-  
ne.

Obiurga-  
tio qua-  
lis.

Cum ira  
recte fie-  
ri nihil  
potest.

De forme est d  
se ipso p  
dicare.

In peti-  
tione cō  
sulatus.  
atque et  
de ambi-  
tu dāna-  
tus est. vi  
de epist.  
ad Q. fra-  
trem,

ab ijs, qui adsunt, apprehari. Deforme etiam est, de se ipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. Et quoniam omnia persequimur, uolumus quidem certe; dicendum est etiam, qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse. cuius finis est usus: ad quem accommodanda est ædificandi descriptio: & tamen adhibenda dignitatis, commoditatisq. diligentia. Cn. Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in Palatio, & plenam dignitatis domum: quæ cum vulgo uiseretur, suffragata domino, nouo homini, ad consulatum putabatur. hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus. itaque ille in suam domum consulatum primus intulit: hic summi, & clarissimi uiri filius, in domum multiplicatam nõ repulsam solum retulit, sed ignominiam, & calamitatem. ornanda est enim dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda; nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. est, ut in ceteris habenda ratio non sui solum, sed etiam aliorum, sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo, adhibenda est cura laxitatis: aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitudo, & maxime, si aliquando alio domino solita est frequentari. odiosum est enim, cum a prætereuntibus dicitur; O domus

MUS

mus Anci, quam dispari domino dominaris. quod quidem, his temporibus, in multis licet dicere. Cauendum est etiam, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu, & magnificentia prodeas. quo in genere multum mali etiam in exemplo est. studiosè enim plerique, præsertim in hac parte, facta principum imitantur: ut L. Luculli, summi viri, uirtutem quis? quam multi uillarum magnificentiam imitati sunt? quarum quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatem reuocandus: eademq. mediocritas ad communẽ usum, cultumq. uitæ referenda est. Sed hæc hæctenus. In omni autem actione suscipienda, tria sunt tenenda: primum, at appetitus rationi pareat; quod nihil est ad officia conseruanda accommodatius; deinde, ut animaduertatur, quanta illa res sit, quam efficere uelimus; ne minor, ne ue maior cura, & opera suscipiatur, quam caussa postulet. tertium est, ut caueamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem, & dignitatem, moderata sint. modus autem est optimus, decus ipsum tenere, de quo ante diximus, nec progredi longius. horum autem trium præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi. Deinceps de ordine rerum, & temporum opportunitate dicendum est. hæc autem scientia continet eam, quam Græci εὐταξία nominant, non hanc, quam interpretamur modestiam; quo in uerbo modus inest. sed illa est εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conseruatio.

Cū Cæsa-  
tiani ha-  
bitent in  
Põpeia-  
norũ edi-  
bus.

Tria te-  
neantur  
in actio-  
ne susci-  
pienda.

uatio.

Scientiæ  
definitio:

Ordinis  
definitio:

Prudētia  
definit vt  
modestia.

Ordo a-  
ctionum  
quid re-  
quirat:

Anaxago-  
re physi-  
ci audi-  
tor:

ratio. itaque, vt eandem nos modestiam appelle-  
mus, sic definitur a Stoicis, vt modestia sit scien-  
tia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur, lo-  
co suo collocandarum. itaque videtur eadem vis  
ordinis, & collocatiōis fore. nam & ordinem  
sic definiunt, compositionem rerum aptis, & ac-  
commodatis locis: locum autem actionis, oppor-  
tunitatem temporis esse dicunt. tempus autem  
actionis opportunum, græce ευκαιρία, latinæ ap-  
pellatur occasio. sic fit, vt modestia hæc, quam  
interpretamur ita, vt dixi, scientia sit oportuni-  
tatis idoneorum ad agendum temporum. sed po-  
test eadem esse prudentiæ definitio. de qua princi-  
pio diximus, hoc autem loco de moderatione, &  
temperantia, & alijs similibus virtutibus qua-  
rimus. itaque, quæ erant prudentiæ propria, suo  
loco dicta sunt: quæ autem harum virtutum, de  
quibus iam dudum loquimur, quæ pertinent ad  
verecundiam, & ad eorum approbationem, qui-  
buscum viuimus, nunc dicenda sunt. Talis est igi-  
tur ordo actionum adhibendus, vt, quemadmo-  
dum in oratione constanti, sic in vita omnia sint  
apta, & inter se conuenientia. turpe est enim, ual-  
deq. vitiosum, in re seuera conuiuio dignum aut  
delicatum aliquem inferre sermonem. bene Pe-  
ricles, cum haberet collegam in prætura Sopho-  
clem; hiq. de communi officio conuenissent; &  
casu formosus puer præteriret; dixissetq. So-  
phocles, o puerum pulchrum, Pericle, præto-  
rem,

rem, Sophocle, decet non solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. atque hoc idem, Sophocles, si in athletarum approbatione dixisset, iusta reprehensione caruisset. tanta vis est & loci, & temporis. ut, si quis, cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet; non reprehendatur: at, hoc idem si in conuiuio faciat, inhumanus videatur inscitia temporis. Sed ea, quæ multum ab humanitate disceperant, ut si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas, facile apparent, nec magnopere admonitionem, & præcepta desiderant: quæ autem parua videntur esse delicta, neque a multis intelligi possunt, ab his est diligentius declinandum. ut in fidibus, aut in tibijs, quamuis paululum discrepēt, tamen id a sciente animaduerti solet. sic videndū est in vita, ne forte quid discrepet, vel multo etiā magis, quo maior, & melior actionum, quam sonorum, concentus est. itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt: sic nos, si acres, ac diligentes iudices esse volumus, animaduersoresq. vitiorum, magna intelligimus sæpe ex paruis. ex oculorum obtutu, superciliorum aut remissione, aut contractione, ex mæstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex summissione, ex ceteris similibus facile iudicabimus, quid apte eorum fiat, qui ab officio, naturaq. discrepet. quo in

Nudis .n  
corpori-  
bus athle-  
tæ certa-  
bant.

Maior, &  
melior a-  
ctionum,  
quam so-  
norum,  
concéus  
est,

F gene-

Vitemus  
quod in  
alijs de-  
decet.

Consilio  
doctorū,  
vsuq. pe-  
ritorū v-  
tedū est.

Maxime  
Apelles.  
vide Pli.  
l.35.c.10.

Quorū  
princeps  
Dioge-  
nes.

genere non est incommodum, quale quodq; eorum sit, ex alijs iudicare; ut, si quid dedecet in illis, vitemus & ipsi. fit enim nescio quo modo, ut magis in alijs cernamus, quam in nobismet ipsis, si quid delinquitur. itaque facillime corriguntur illi in discendo, quorum vitia imitantur emendandi causa magistri. Nec vero alienum est, ad eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam vsu peritos, & quid his de vno quoque genere officij placeat, exquirere. maior enim pars eo fere deferri solet, quo a natura ipsa deducitur. in quibus videndum est, non modo, quid quisque loquatur, sed etiam, quid quisque sentiat, atque etiam, qua de causa quisque sentiat. ut enim pictores, & ij, qui signa fabricant, & vero etiam poeta suum quisque opus a vulgo considerari vult; ut, si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur; hiq. & secum, & cum alijs, quid in eo peccatum sit, exquirunt: sic aliorum iudicio permulta nobis & facienda, & non facienda, & mutanda, & corrigenda sunt. Quæ vero more aguntur, & institutis civilibus, de his nihil est præcipiendum. illa enim ipsa præcepta sunt: nec quemquam hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates, aut Aristippus contra morem, consuetudinemq. civilem fecerint, locutive sint, idem sibi arbitrentur licere. magnis illi, & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum vero ratio tota est eijcienda: est enim

enim inimica verecundie, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. Eos autem, quorum vita perspecta in rebus honestis, atq; magnis est, de rep. sentientes, ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore, aut imperio affectos, obseruare, & colere debemus, tribuere etiam multum senectuti; cedere ijs, qui magistratum habebunt; habere delectum ciuis, & peregrini; in ipso quoque peregrino, priuatimne, an publice venerit; ad summam (ne agam de singulis) communem totius generis hominum conciliationem, & conciliationem colere, tueri, seruare debemus. Iam, de artificijs, & quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint, hæc fere accepimus. Primum improbantur ij quæstus, qui in odia hominum incurunt, ut portitorum, & feneratorum. illiberales autem, & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. est enim in illis ipsa merces auctoramentum seruitutis. Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant. nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. Nec vero quidquam est turpius vanitate: opificesq. omnes in sordida arte versantur. nec vero quidquam ingenuum potest habere officina: minimeq. artes probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum; ceterij, lanij, coqui, fartores, piscatores, ut ait Terentius: adde his, si placet, unguentarios, saltatores, totumq. ludum talarium. Quibus au-

Senectuti multum tribuere debemus.

Præcepta ad mercaturam.

Vanitate nihil turpius.

Mercatu-  
ra, si te-  
nuis, for-  
dida.

Agricul-  
tura ni-  
hil meli<sup>9</sup>.

Honesto-  
rum com-  
paratio.

Prudētia  
iustitia,  
fortitu-  
do, tēpe-  
rantia.

tem artibus aut prudentia maior inest, aut non, mediocris utilitas quaeritur, ut medicina, architectura, ut doctrina rerum honestarum; hae sunt ijs, quorum ordini conveniunt, honestae. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est: si magna, & copiosa, multa undique apportans, multisq. sine vanitate impartiens, non est admodum vituperanda: atque etiam, si satiata quaestu, vel contenta potius, ut saepe ex alto in portum, sic ex ipso portu se in agros, possessionesq. contulerit, videtur iure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid exquiritur, nihil est agricultura melius, nil uberius, nil dulcius, nil libero homine dignius. de qua quoniam in Catone Maiore satis multa diximus, illinc assumes, quae ad hunc locum pertinebunt. Sed ab ijs partibus, quae sunt honestatis, quemadmodum officia ducebuntur, satis expositum videtur. Eorum autem ipsorum, quae honesta sunt, potest incidere saepe contentio, & comparatio, de duobus honestis utrum honestius qui locus a Panaetio est praetermissus. nam cum omnis honestas manet a partibus quattuor, quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis: haec in deligendo officio saepe inter se comparentur, necesse est. placet igitur, aptiora esse naturae ea officia, quae ex communitate, quam ea, quae ex cognitione ducantur. idq. hoc argumento confirmari potest, quod, si contigerit  
ea vita



ea vita sapienti, ut omnium rerum affluētibus copijs ditetur; quæ quis ea, quæ cognitione digna sunt, summo otio secum ipse consideret, & contempletur, tamen, si solitudo tanta sit; ut hominem videre non possit, excedat e vita. Princepsq. omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφία Græci vocant. prudentiam enim, quam Græci σοφόνειν dicunt, aliam quādam intelligimus, quæ est rerum expetendarum, fugiendarumq. scientia: illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est diuinarum, atque humanarum scientia: in qua continetur deorum, & hominum communitas, & societas ipsorum inter ipsos. ea si maxima est, ut certe; necesse est, quod a communitate ducatur officium, id esse maximum. etenim cognitio, contemplatioq. naturæ manca quodam modo, atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. ea vero actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur. pertinet igitur ad societatem generis humani. ergo hæc cognitioni anteponenda est. atque id optimus quisque re ipsa ostendit, & iudicat. quis est enim tam cupidus in perspicienda, cognoscendaq. rerum natura, ut, si ei tractanti, contemplantiq. res cognitione dignissimas subito sit allatum periculū, discrimenq. patriæ, cui subuenire, opitulariq. possit, non illa omnia relinquat, atque abiciat, etiam si diuine rare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem posse arbitretur? atque hoc idem in parentis, in

Prudētia  
quid.

Sapiētia  
quid.

Cognitio  
māca sine  
actionib.

Actio co  
gnitioni  
anteponē  
da.

Homini  
antiquus  
nihil de-  
bet esse  
hominū  
utilitate.

Pythago-  
rē disci-  
pulus: de  
quo Dio  
Chryso-  
stomus i  
oratione  
īscripta,  
Recusa-  
tio magi  
stratus.

a Plato-  
ne. hūc. n.  
non Ly-  
sim, signi-  
ficat.

Eloquen-  
tia copio-  
sa vel eg-  
regijs co-  
gitationi-  
bus præ-  
stat.

amici re, aut periculo fuerit. Quibus rebus in-  
telligitur studijs, officijsq. scientiæ præponenda  
esse officia iustitiæ, quæ pertinet ad hominum  
utilitatem: qua nihil homini debet esse antiquius.  
Atque illi, quorum studia, uitaq. omnis in rerum  
cognitione uersata est, tamen ab augendis homi-  
num utilitatibus, & commodis non recesserunt.  
nam & erudierunt multos, quo meliores ciues,  
utilioresq. rebus suis publicis essent; ut Thebanū  
Epaminondam Lysis Pythagoreus, Syracusium  
Dionem Plato, multiq. multos: nosq. ipsi, quid-  
quid ad remp. attulimus, (si modo aliquid attu-  
limus) a doctoribus, atque doctrina instructi ad  
eam, & ornati accessimus. neque solum uiui, at-  
que præsentis studiosos discendi erudiunt, atque  
docent, sed hoc idem etiam post mortem monu-  
mentis litterarum assequuntur. nec enim locus  
ullus prætermisus est ab ijs, qui ad leges, qui ad  
mores, qui ad disciplinam reip. pertineret, ut o-  
tium suum ad nostrum negotium contulisse uidean-  
tur. ita illi ipsi doctrinæ studijs, & sapientiæ de-  
diti, ad hominum utilitatem suam sapientiam,  
prudentiam, intelligentiamq. potissimum confe-  
runt. Ob eam etiam causam eloqui copiose, mo-  
do prudenter, melius est, quam vel acutissime si-  
ne eloquentia cogitare: quod cogitatio in se ipsa  
uertitur; eloquentia uero complectitur eos, qui-  
buscum communitate iuncti sumus. atque, ut  
apud examina nō fingendorum fauorum causa  
congre-

congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt fauces: sic homines, ac multo magis natura congregati, adhibent agendi, cogitandi, sollertiam. itaque, nisi ea uirtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat rerum cognitionem; solitaria cognitio, & ieiuna uideatur: itemq. magnitudo animi, remota communitate, coniunctio- neq. humana, feritas sit quædam, & immanitas. ita fit, ut uincat cognitionis studium consociatio hominum, atque communitas. Nec uerum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem uitæ, quod ea, quæ natura desideraret, consequi sine alijs, atque efficere non possemus, ideo circo istam esse cum hominibus communitatem, & societatem: quod, si omnia nobis, quæ ad uitam, cultumq. pertinent, quasi uirgula diuina, ut aiunt, suppeditarentur, tum optimo quisque ingenio, negotijs omnibus omissis, totum se in cognitione, & scientia collocaret. non est ita. nam & solitudinem fugeret, & socium studij quæreret: tum docere, tum discere uellet, tum audire, tum dicere. Ergo, omne officium, quod ad con-

Cogitationis studium uicit consociatio hominum.

Duobus propositis honestis, concludit hic utrum honesti.

Patriæ cā  
nō plane  
oīa sciēs  
faciet.

Cōsidera  
re agere,  
pluris est  
quā cogi  
tare pru-  
denter.

enim quædam partim ita fæda, partim ita flagi-  
tiosa, ut ea ne conseruandæ quidem patriæ causa  
sapiens factururus sit. ea Posidonius collegit per-  
multa, sed ita taetra quædam, ita obscena, ut di-  
ctu quoque videantur turpia. hæc igitur non susci-  
piet quisquam reip. causa, nec reip. quidem pro-  
se suscipi volet. sed hæc commodius se res habet.  
quod non potest accidere tempus, ut intersit  
reip. quidquam illorum facere sapientem. qua-  
re hoc quidem effectum sit in officijs deligendis,  
hoc genus officiorum excellere, quod teneatur  
hominum societate. etenim cognitionem, pruden-  
tiamq. sequetur considerata actio. ita fit, ut, con-  
siderate agere, pluris sit, quam cogitare pruden-  
ter. Atque hæc quidem hætenus. patefactus est  
enim locus ipse; ut non sit difficile, in exquirendo  
officio, quod cuique sit præponendum, videre. In  
ipsa autem communitate sunt gradus officiorū,  
ex quibus, quod cuique præstet, intelligi possit;  
ut prima dijs immortalibus, secunda patriæ, ter-  
tia parētibus, deinceps gradatim reliqua reliquis  
debeantur. Quibus ex rebus breuiter disputatis  
intelligi potest, non solum id homines solere dubi-  
tare, honestum ne an turpe sit; sed etiam, duobus  
propositis honestis, utrum honestius. Hic locus a  
Panætio est, ut supra dixi, prætermisus. sed ad  
reliqua pergamus.

M A R C I

M. TVLLII CICERONIS  
OFFICIORVM

AD MARCVM FILIVM  
LIBER II.



VEM ADMODVM officia duce  
rētur ab honestate, Marce fili, atq;  
ab omni genere uirtutis, satis expli-  
catū arbitror libro superiore. sequi-

Quatuor  
virtutes si  
gnificat.

tur, ut hæc officiorū genera psequar, quæ pertinet  
ad uitæ cultū, & ad earū rerū, quibus utuntur ho-  
mines, facultatem, ad opes, ad copias. in quo tum  
quæri dixi, quid utile, quid inutile; tum, ex utili-  
bus quid utilius, aut quid maxime utile. de quibus  
dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac de  
iudicio meo dixero. Quamquam n. libri nostri cō-  
plures, non modo ad legendi, sed et ad scribēdi stu-  
dium excitauerint: tamē interdum uereor, ne qui-  
busdam bonis uiris philosophiæ nomen sit inui-  
sum, mirenturq. in ea tantum me operæ, & tem-  
poris ponere. Ego autem, quā diu resp. per eos re-  
gebatur, quibus se ipsa commiserat, omnes meas  
curas, cogitationesq. in eam conferebam. cum au-  
tem dominatu unius omnia tenerentur; neque es-  
set usquam consilio, aut auctoritati locus; socios  
denique tuendæ reip. summos viros amissem;  
nec me angoribus dedi, quibus essem confectus,  
nisi ijs restitisssem; nec rursus indignis homine

Quod me  
adscriben-  
dum con-  
tulerim.

docto

Sylla  
mortuo.

Pleraq;  
.n. scripsit  
euerfa  
rep.

Scripsit  
d̄ cōfula  
tu suo, &  
d̄ t̄pibus  
suis, &  
oratio-  
nes mul-  
tas, quas  
significat  
cū infert,  
Litteræ  
forenses.

Sapiētię  
d̄ finitio.

docto uoluptatibus. atque utinam ressp. stetit, quo cœperat. statu, nec in hominibus non tam commutandarum rerum, quam euertendarum cupidus incidet. primum enim, ut stante rep. facere solebamus, in agendo plus, quam in scribendo, operæ poneremus; deinde, ipsis scriptis non ea, quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus, ut sæpe fecimus. cum autem ressp. in qua omnis mea cura, cogitatio, opera poni solebat, nulla esset omnino; illæ scilicet litteræ conticuerunt, forenses, & senatoriæ. nihil autem agere cum animus non posset, in ijs studijs ab initio uersatus ætatis; existimaui honestissime molestias deponi posse, si me ad philosophiam retulissem. cui cum multum adulescens, discendi causa, temporis tribuissem; postea quam honoribus inseruire cœpi, meq. totum reip. tradidi, tantum erat philosophiæ loci, quantum superfuerat amicorum, & reip. temporibus. id autem omne consumebatur in legendo: scribendi otium non erat. Maximis igitur in malis hoc tantum boni affecuti uidemur, ut ea litteris mandaremus, quæ nec satis erant nota nostris, & erant cognitione dignissima. quid est enim, per Deos, optabilius sapientia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? hanc qui expetunt igitur, philosophi nominantur: nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari uelis, quam studium sapientiæ. Sapientia autem est, ut a ueteribus philosophis definitum est, rerum diuina-

diuinarum, & humanarum, causarumq. quibus  
 hæ res continentur scientia. cuius studium qui  
 uirtutes, haud sane intelligo, quidnam sit, quod  
 laudandum putet. nam siue oblectatio queritur  
 animi, requiesq. curarum; quæ conferri cum eo-  
 rum studijs potest, qui semper aliquid acquirunt,  
 quod spectet, & valeat ad bene, beateq. uiuen-  
 dum: siue ratio constantiæ, uirtutisq. queritur;  
 aut hæc ars est, aut nulla omnino, per quam eas  
 assequamur, nullam uero dicere maximarum re-  
 rum artem esse, cum minimarum sine arte nulla  
 sit, hominum est parum considerate loquentium,  
 atque in maximis rebus errantium. si autem est  
 aliqua disciplina uirtuti; ubi ea queretur, cū ab  
 hoc discendi genere discesseris? Sed hæc, cum ad  
 philosophiam cohortamur, accuratius solent di-  
 sputari: quod alio quidem libro fecimus. hoc au-  
 tem tempore tantum nobis declarandum fuit, cur,  
 orbati reip. muneribus, ad hoc nos studium potis-  
 simum contulissimus. Occurritur autem nobis, &  
 quidem a doctis, & eruditis, quærentibus, satis  
 ne constanter facere uideamur, qui, cum perci-  
 pi nihil posse dicamus, tamen & alijs de rebus  
 differere soleamus, & hoc ipso tempore præce-  
 pta officij persequamur. Quibus uellem satis  
 cognita esset nostra sententia. non enim sumus ij,  
 quorum uagetur animus errore, nec habeat un-  
 quam, quid sequatur. quæ enim esset ista mens,  
 uel quæ uita potius, non solum disputandi, sed  
 etiam

Philoso-  
 phiæ cō-  
 mēdatio.

Qui iscrē  
 bit Hor-  
 tensius.

Tāquam  
 Aedemi-  
 ci.

Nihil .n.  
affirma-  
mus, sed  
probabilia  
sequimur.

Ab ipso  
Aristote-  
le, omniū  
principē,  
nobilita-  
ta. non .n.  
valde a  
peripate-  
ticis aca-  
demici  
dissentiūt,  
p̄sertim  
in officij  
opinione

etiam uiuendi ratione sublata? nos autem, ut ce-  
teri, qui alia certa, alia incerta esse dicunt, sic, ab  
his dissentientes, alia probabilia, contra alia im-  
probabilia esse dicimus. quid est ergo, quod me  
impediat ea, quæ mihi probabilia videantur, sequi;  
quæ contra, improbare; atque affirmandi arro-  
gantiam uitare, fugere temeritatem, quæ a sapiē-  
tia dissidet plurimum? Contra autem omnia di-  
sputatur a nostris, quòd hoc ipsum probabile elu-  
cere non posset, nisi ex utraque parte causarum  
esset facta contentio. Sed hæc explanata sunt in  
Academicis nostris satis, ut arbitror, diligenter.  
Tibi autem, mi Cicero, quanquam in antiquis-  
sima, nobilissimaq. philosophia Cratippo auctore  
uersaris, ijs simillimo, qui ista præclara pepere-  
runt; tamen hæc nostra, finitima uestris, ignota  
esse nolui. sed iam ad instituta pergamus. Quin-  
que igitur rationibus propositis officij persequen-  
di, quarum duæ ad decus, honestatemq. pertinēt,  
duæ ad commoda uitæ, copias, opes, faculta-  
tes, quinta ad eligendi iudicium, si quando ea,  
quæ dixi, pugnare inter se viderentur, honestatis  
pars perfecta est, quam quidem tibi cupio esse nec-  
tissimam. hoc autem, de quo nunc agimus, id ip-  
sum est, quod utile appellatur. in quo uerbo la-  
psa consuetudo deflexit de uia, sensimq. eò dedu-  
cta est, ut ab honesto utile secerneret, & consti-  
tueret honestum aliquod, quod utile non esset; &  
utile, quod non honestum. qua nulla perniciēs  
maior



maior hominum uitæ potuit afferri. Summa quidem auctoritate philosophi seuerè sane, atque honestè hæc tria genera, confusa cogitatione, distinguunt. quidquid enim iustum sit, id utile etiam esse censent; itemque, quod honestum, idem esse iustum. ex quo efficitur, ut, quidquid honestum sit, idem sit utile. quod qui parum prospiciunt, hi sæpe uersutos homines, & callidos admirantes, eorum malitiam, sapientiam iudicant. quorum error eripiendus est: omnisque opinio ad eam spem traducenda, ut honestis consilijs, iustisque factis, non fraude, & malitia, se intelligant ea, quæ uelint, consequi posse. Quæ ergo ad uitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanimata, ut aurum, argentum, ut ea, quæ gignuntur e terra, ut alia eiusdem generis; partim animalia, quæ habent suos impetus, & rerum appetitus. eorum autem alia rationis expertia sunt, alia ratione utentia. expertes rationis sunt equi, boues, reliquæ pecudes, apes, quarum opere efficitur aliquid ad hominum usum, atque uitam. Ratione autem utentium duo genera ponuntur, unum deorum, alterum hominum. Deos placatos pietas efficiet, & sanctitas. proxime autem, & secundum Deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Earumque item rerum, quæ noceant, & obsint, eadem diuisio est. sed quia Deos nocere non putant; his exceptis, homines hominibus plurimum obesse, uel prodesse arbitrantur. ea enim ipsa, quæ

Quod iustum, idem utile.

Quod honestum, idem utile.

Vita hominum inanimatis utitur, & animalibus.

Ratione utentium duo genera.

Ab homi-  
ne omnis  
manat v-  
tilitas.

Haften<sup>o</sup>  
inanima-  
ta nomi-  
navit.

Nunc de  
animatis

quæ inanimata diximus, plerasque sunt hominū  
effecta operis: quæ nec haberemus, nisi manus,  
& ars accessisset: nec his sine hominum admini-  
stratione uteremur. neque enim valetudinis cura  
tio, neque nauigatio, neque agricultura, neque  
frugum, fructuumq. reliquorum perceptio, &  
conseruatio, sine opera hominum, vlla esse potuis-  
set. Iam vero, & earum rerum, quibus abun-  
daremus, exportatio, & earum, quibus egere-  
mus, inuectio certe nulla esset, nisi his muneribus  
homines fungerentur. Eademq. ratione nec lapi-  
des exciderentur e terra ad usum nostrum neces-  
sarij, nec ferrum, aurum, æs, argentum effo-  
deretur penitus abditum, sine hominum labore,  
& manu. Tecta vero, quibus & frigorū vis  
pelleretur, & calorū molestiæ sedarentur, un-  
de aut initio generi humano dari potuissent, aut  
postea subuenire, si aut vi tempestatis, aut terre  
motu, aut vetustate cecidissent, nisi communis  
vita ab hominibus harum rerum auxilia petere  
didicisset? Adde ductus aquarum, deriuationes  
fluminum, agrorum irrigationes, moles opposi-  
tas fluctibus, portus manu factos; quæ non sine  
hominum opere habere possemus. Ex quibus  
omnibus, multisq. alijs perspicuum est, qui fru-  
ctus, quæq. utilitates ex rebus ijs, quæ sunt inani-  
matæ, percipiantur, eas nos nullo modo sine ho-  
minum manu, atque opera capere potuisse. Qui  
denique ex bestijs fructus, aut quæ commoditas,  
nisi

nisi homines adiuuarent, percipi posset? nam & qui principes inueniendi fuerunt quem ex quaque bellua usum habere possemus, homines certe fuerunt: nec hoc tempore sine hominum opera aut pascere eas, aut domare, aut tueri, aut tempestiuos fructus ex his capere possemus: ab eisdemq. & ea, quæ nocent, interficiuntur, & quæ usui possunt esse, capiuntur. Quid enumerem artium multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset? quis enim agris subueniret? quæ esset oblectatio valentium, qui victus, aut cultus, nisi tam multæ nobis artes ministrarent? quibus rebus exculta hominum uita tantum distat a uictu, & cultu bestiarum. Vrbes vero sine hominum cœtu non potuissent nec edificari, nec frequentari: ex quo leges, moresq. constituti, tum iuris æqua descriptio, certa q. viuendi disciplina, per quas bene, beateq. uiuitur. quas res & mansuetudo animorum consecuta, & uerecundia est: effectumq. est, ut esset uita munitior, atque ut dando, & accipiendo, permutandisq. facultatibus, et commodis nulla re egeremus. Longiores hoc loco sumus, quàm necesse est. quis est enim, cui non perspicua sint illa, quæ pluribus uerbis a Panætio commemorantur, neminem neque ducem in bello, nec principem magnas res, & salutare sine hominum studijs gerere potuisse? commemoratur ab eo Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander: quos negat sine adiuuentis homi-

q̄ip sine  
hominis  
industria  
nullum  
fructum  
ferrēt, ag  
greditur  
dicere.

Legibus  
intra vr-  
bē, mœni-  
bus ad-  
uersus  
ex teram  
vim.

Aetate  
ultimus,  
rerum.

Gestaru  
gloria  
omnium  
prestati-  
simus.

Homini  
ab homi-  
ne pesti-  
ma queq.  
nascuntur.

Virtus  
tribus in  
rebus uer-  
titur.

hominum tantas res efficere potuisse. utitur in re non dubia testibus non necessarijs. Atque ut magnas utilitates adipiscimur conpiratione hominum, atq; consensu: sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. est Diæarchi liber de interitu hominum, peripatetici magni, & copiosi: qui, collectis ceteris causis, eluionis, pestilentia, uastitatis, belluarum etiã repentinae multitudinis, quarum impetu docet quedam hominum genera esse consumpta, deinde comparat, quanto plures deleti sint homines hominum impetu, id est bellis, aut seditiõibus, quàm omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus & prosint, & obsint; proprium hoc statuo esse uirtutis, conciliare sibi animos hominum, & ad usus suos adiungere. itaque, quæ in rebus inanimis, quæq. in usu, & tractatione belluarum fiunt utiliter ad hominum uitam, artibus ea tribuuntur operosis: hominum autem studia, ad amplificationem nostrarum rerum prompta, ac parata, uirorum præstantium sapientia, & uirtute excitantur. Etenim uirtus fere omnis in tribus rebus uertitur. quarum una est in perspiciendo, quid in quaque re uerum, sincerumq. sit, quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quæque gignantur, quæ cuiusque rei sit causa. alterum, cohibere motus animi turbatos; quos Græci *πάθη* nominant; appetitiones, quas illi

illi o' p'p'as, obediētes efficereratiōi. tertium, y's, quibuscum congregamur, uti moderate, & scien- ter, quorum studijs ea, quæ natura desiderat, ex- pleta, cumulataq. habeamus: per eos denique, si quid importetur nobis incommodi, propulsemus: ulciscamurq. eos, qui nocere nobis conati sunt; tantaq. pœna afficiamus, quantam equitas, hu- manitasq. patitur. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus, ut hominum studia complectamur, eaq. teneamus; dicemus, neque ita multo post. sed pauca ante dicēda sunt. Magnam vim esse in fortuna in utrāque partē, vel ad secundas res, vel aduersas, quis ignorat? nam, et cum prospero flatu eius utimur, ad opta- tos exitus prouehimur: & cum reflauit, affligi- mur. hæc igitur ipsa fortuna ceteros casus vario- res habet; primum ab inanimis procellas, tempe- states, naufragia, ruinas, incendia; deinde a be- stijs ictus, morsus, impetus. hæc igitur, ut dixi, rariora. at vero interitus exercituum, ut pro- xime trium, sæpe multorum; clades Imperato- rum, ut nuper summi, ac singularis uiri; inuidiæ præterea multitudinis; atque ob eas bene meri- torum sæpe ciuium expulsiones, calamitates, fu- gæ. rursusq. secundæ res, honores, imperia, ui- ctoriæ, quanquam fortuita sunt, tamen sine ho- minum operibus, & studijs neutram in partem effici possunt. hoc igitur cognito, dicendum est, quonam modo hominum studia ad utilitates ne-

In puniē- do modus est ab hu- manitate præscri- ptus.

Fortunæ vis i utrā- que par- tem sum- ma.

In Thef- salia du- ce Pom- peio: in Africa, duce Sci- piōe, Pō- peij focero: in Hi- spāia, du- cibus Pō- peij filijs

*stiras allicere, atque excitare possimus. quæ si lon-  
 gior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis cõ-  
 paretur: ita fortasse etiã breuior videbitur. Quæ  
 cur qdq; cunque igitur homines homini tribuunt aut eum  
 fiat ab ho- augendum, atque honestandum; aut beneuolen-  
 minib' er- tię gratia faciunt, cum aliqua de causa quẽpiam  
 ga hoies. diligunt; aut honoris, si cuius virtutem suspiciunt,  
 & si quem dignum fortuna quam amplissima pu-  
 tant; aut cui fidem habent, & bene rebus suis cõ-  
 sulere arbitrantur; aut cuius opes metuunt; aut  
 cõtra, a quibus aliquid expectant, ut cum reges,  
 popularesve homines largitiones aliquas propo-  
 nunt: aut, postremo, pretio, aut mercede ducun-  
 tur. quæ sordidissima quidem est ratio, & iniqui-  
 natissima & ijs, qui ea tenentur, & illis, qui ad  
 Virtus pe eam confugere conantur. male enim se res habet,  
 cunie pre cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecu-  
 stat. nia. sed quoniam non nunquam subsidium hoc ne-  
 cessarium est, quemadmodum sit utendum eo, di-  
 cemus, si prius ijs de rebus, quæ virtuti propiores  
 sunt, dixerimus. Atque etiam subiiciunt se homi-  
 nes imperio alterius, & potestati pluribus de  
 causis. ducuntur enim aut beneuolentia, aut be-  
 neficiorum magnitudine, aut dignitatis præstan-  
 tia, aut spe, sibi id utile futurum; aut metu, ne vi-  
 Amor o- parere cogantur; aut spe largitionis, promissio-  
 pes cõfir- nisq. capti; aut, postremo, ut sæpe in nostra rep.  
 mat, met' videmus, mercede conducti. Rerum autem om-  
 euerit. nium nec aptius est quidquam ad ope tuendas,  
 quàm*

quàm diligis; nec alienius, quàm timeri. præcla-  
re Ennius :

Quem metuunt, oderunt :

Quem quisque odit, perijisse expetit.

multorū autem odijs nullas opes posse obsistere,  
si antea fuit ignotum, nuper est cognitum. nec ve-  
ro huius tyranni solum, quem armis oppressa per-  
tulit ciuitas, interitus declarat, quantum odium  
hominum valet ad pestem; sed reliquorum simi-  
les exitus tyrannorum; quorum haud fere quis-  
quam interitum similem effugit. malus enim cu-  
stos diuturnitatis metus: contraq. beneuolentia  
fidelis est vel ad perpetuitatem. Sed iis, qui vi op-  
pressos imperio cœrcent, sit sane adhibenda sæui-  
tia, ut heris in famulos, si aliter teneri nō possūt.  
qui vero in libera ciuitate ita se instruunt, ut me-  
tuantur; his nihil potest esse dementius. quāuis  
enim demersæ sint leges alicuius opibus, quāuis  
tremefacta libertas: emergunt tamen hæc aliquā  
do aut iudicijs tacitis, aut occultis de honore suf-  
fragijs. acriores autem morsus sunt intermissæ  
libertatis, quàm retentæ. Quod igitur latissime  
patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam  
ad opes, & potentiam valet plurimum, id ample-  
ctamur, ut metus absit, caritas retineatur. ita  
facillime, quæ volumus, & priuatis in rebus, &  
in rep. consequemur. etenim, qui se metui vo-  
lent, a quibus metuuntur, eosdem metuant ipsi,  
necesse est. quid enim censemus superiorem illum

Non tñ  
diu: quod  
Brutus ad  
M. Anto-  
nium scri-  
psit fam.  
li. II.

Sæuitia  
duntaxat  
heris in  
famulos  
concedit.

Syracu- Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitū, qui  
 sū tyran- cultros ~~re~~tuens tonsorios, candente carbone sibi  
 num. adurebat capillum? quid Alexandrum Pheræū,

Compun-  
 ctum no-  
 tis Threi-  
 cijs, pxi-  
 me dixit.

Cæsar.

Superbis-  
 simum .  
 humanif-  
 simum .  
 Cūa The-  
 banis p-  
 fligati  
 sunt, du-  
 ce Epami-  
 noada .

quo animo uixisse arbitramur? qui, ut scriptum  
 legimus, cum uxorem Theben admodum dilige-  
 ret, tamen, ad eam ex epulis in cubiculum ue-  
 niens, barbarum, & eum quidem, ut scriptum  
 est; compunctum notis Threicijs, districto gladio  
 iubebat anteire: præmittebatq. de stipatoribus  
 suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, &  
 ne quod in vestimentis occultaretur telum, exqui-  
 rerent. o miserum, qui fideliolem & barbarum,  
 & stigmatiam putaret, quàm coniugem. nec eū  
 fefellit opinio: ab ea est enim ipse propter pellica-  
 tus suspicionem interfectus. Nec vero ulla vis  
 imperij tanta est, quæ, premente metu, possit  
 esse diuturna. testis est Phalaris: cuius est præ-  
 ter ceteros nobilitata crudelitas: qui non ex insi-  
 dijs interiit, ut is, quem modo dixi, Alexander;  
 non a paucis, ut hic noster; sed in quem uniuersa  
 Agrigentinorum multitudo impetum fecit. quid  
 Macedones? non ne Demetrium reliquerūt, uni-  
 uersiq. se ad Pyrrhum contulerunt? quid Lace-  
 demonios iniuste imperantes? non ne repente oēs  
 fere socij deseruerunt, spectatoresq. se otiosos præ-  
 buerunt Leuctricæ calamitatis? Externa liben-  
 tius in talire, quàm domestica recordor. verun-  
 tamen, quàm diu imperium populi R. benefi-  
 cijs tenebatur, non iniurijs, bella aut pro socijs;  
 aut



aut de imperio gerebantur; exitus erant bellorū  
 aut mites, aut necessarij. regum, populorum, na-  
 tionum portus erat, & refugium senatus. nostri  
 autem magistratus, imperatoresq. ex una hac  
 re maximam laudem capere studebant, si provin-  
 cias, si socios equitate, & fide defendissent. ita-  
 que illud patrocinium orbis terræ verius, quàm  
 imperium poterat nominari. sensim hanc consue-  
 tudinem, & disciplinā iam antea minuebamus,  
 post vero Syllæ victoriam penitus amisimus. des-  
 tum est enim videri quidquam in socios iniquū,  
 cum extitisset etiam in ciues tanta crudelitas. er-  
 go in illo secuta est honestam causam nō honesta Pugnati  
 victoria. est enim ausus dicere, hasta posita, cum .n. p. opti  
 bona in foro venderet & honorum virorum, & matibus  
 locupletum, & certe civium, prædam suam se cōtra ple  
 vendere. Secutus est, qui in causâ impia, victo- bem.  
 ria etiam fœdiore non solum singulorum civium  
 bona publicaret, sed uniuersas quoque provincias Que pro  
 regionesq. vno calamitatis iure comprehenderet. Pōpeio  
 itaque, vexatis, & perditis exteris nationibus,  
 ad exemplum amissi imperij portari in triumpho  
 Massiliam vidimus, & ex ea urbe triumphari,  
 sine qua nunquam nostri Imperatores ex transal Semper  
 pinis bellis triumpharunt. multa commemorarē .n. Massi-  
 nefaria in socios, si hoc vno sol quidquam vidisset liensium  
 indignius. iure igitur plectimur. nisi enim mul- auxilij  
 torum impunita scelera tulissemus, nunquam ad Romani  
 vnum tanta peruenisset licentia: a quo quidem sunt vsi.

rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos venit hereditas. nec vero unquam bellorum civilium semen, & causa deerit, dum ho-

Ad quã, p mines perditam hastam illam cruentam & memi-  
 scriptorũ nerint, & sperabunt, quam P. Sylla cum vibras  
 ciuiũ bo- set, dictatore propinquo suo, idem sexto & tri-  
 na veni- cesimo anno post a sceleratiore hasta eadem non  
 bant.

Cæsare recessit. alter autem, qui in illa dictatura scriba  
 dominan fuerat, in hac fuit quæstor urbanus: ex quo debet  
 re. epi. 10. intelligi, talibus præmijs propositis, nunquam de  
 li. 9. & li. futura bella civilia. itaque parietes urbis modo  
 15. ep. 17. stant, & manent, ijq. ipsi iam extrema scelera  
 19. metuentes: rem vero publicã penitus amisimus.

Argm  
 maiori.

Ante accidere potuerunt: quid debent putare sin-  
 guli? Quod cum perspicuũ sit, benevolentia vim  
 esse magnam metus imbecillem: sequitur, ut dis-  
 seramus, quibus rebus possimus facillime eam,  
 quam volumus, adipisci, cum honore, & fide  
 caritatem. sed ea non pariter omnes egemus. nã  
 ad cuiusque vitam instituendam accommodandũ  
 est, a multis ne opus sit, an satis sit a paucis di-  
 ligi. Certum igitur hoc sit, id quod & primum,  
 & maxime necessarium, familiaritates habere  
 fidas amantium nos amicorum, et nostra miran-  
 tium. hæc enim est una res prorsus, ut non diffe-  
 rat multum inter summos, & mediocres viros:

eaq.

eaq. utrisque propemodum comparanda. honore,  
 & gloria, & beneuolentia ciuium forte non  
 eque omnes egent: sed tamen, si cui hæc suppe-  
 tunt, adiuuant aliquantum tum ad cetera, tum  
 ad amicitias comparandas. Sed de amicitia libro  
 dictum est; qui inscribitur Lælius. nunc dicamus  
 de gloria. quanquam ea quoque de re duo sunt no- De quib<sup>9</sup>  
 stri libri. sed attingamus, quando quidem ea in re nō semel  
 bus maioribus administrandis adiuuat plurimū. in epis. ad  
 Summa igitur, & perfecta gloria constat ex tri- Atticum.  
 bus his: si diligit multitudo: si fidem habet: si cum Causæ  
 admiratione quadam, honore nos dignos putat. gloriā gi-  
 gnentes.  
 hæc autem, si est simpliciter, breuiterq. dicendū,  
 quibus rebus pariuntur a singulis, eisdem fere a  
 multitudine. sed est alius quoque quidam aditus  
 ad multitudinem, ut in uniuersorum animos tan-  
 quam influere possimus. Ac primum de illis tri- Beneuolē  
 bus, quæ ante dixi, beneuolentiæ præcepta videa- tia unde  
 mus: quæ quidem beneficijs capitur maxime: se- oriatur.  
 cundo autem loco benefica voluntate beneuolen-  
 tia mouetur, etiam si res forte non suppetit. vehe-  
 menter autem amor multitudinis commouetur  
 ipsa fama, & opinione liberalitatis, beneficentiæ,  
 iustitiæ, fidei, omniumq. earum virtutum, quæ  
 pertinent ad mansuetudinem morum, ac facilita-  
 tem. etenim illud ipsum, quod decorum, hone- Decorū  
 stumq. diximus, quia per se nobis placet, ani- spē sua  
 mosq. omnium natura, & specie sua commouet, comouet  
 maximeq. quasi perlucet ex ijs, quas commemo- animos.

vani, virtutibus, iccirco illos, in quibus eas virtu-  
tes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur.

Atque hæc quidem causæ sunt diligendi gravissi-  
mæ: possunt enim præterea non nullæ esse leuio-

Fides vt  
acquirat.

res. Fides autem vt habeatur, duabus rebus effi-  
ci potest; si existimabitur adepti coniunctam cum  
iustitia prudentiam. nam & ijs fidem habemus,  
quos plus intelligere, quàm nos, arbitramur;  
quosq. & futura proficere credimus, & cum  
res agatur, in discrimenq. ventum sit, expedire

Qui cõsi-  
liũ ex tẽ-  
pore ex-  
pedit, ve-  
re pru-  
dens est.

rem, & consilium ex tẽpore capere posse: (hanc  
enim omnes existimant utilem, veramq. pruden-  
tiam) iustis autem, & fidis hominibus, id est bo-  
nis, ita fides habetur, vt nulla sit in his fraudis, in-  
iuriæq. suspicio: itaque his salutem nostram, his  
fortunas, his liberos rectissime committi arbitra-  
mur. harum igitur duarum ad fidem faciendam  
iustitia plus pollet, quippe cum ea sine prudentia

Prudentia  
sine iusti-  
tia nihil  
valet ad  
fidem fa-  
ciendam.

satis habeat auctoritatis, prudentia sine iustitia  
nihil valeat ad faciendam fidem. quo enim quis  
versutior, & callidior est, hoc inuisior, & suspen-  
dior, detracta opinione probitatis. quamobrem  
intelligentiæ iustitia coniuncta, quantum volet,  
habebit ad faciendam fidem virium: iustitia sine  
prudentia multum poterit: sine iustitia nihil va-  
lebit prudentia. Sed ne quis sit admiratus, cur,  
cum inter omnes philosophos constet, a meq. ipso  
sæpe disputatum sit, qui vnâ haberet, omnes  
habere virtutes; nunc ita seiungam, quasi possit

quis-

quisquam, qui non idem prudens sit, iustus esse.  
 alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputa-  
 tione, subtilitas; alia, cum ad opinionem comunē  
 omnis accommodatur oratio: quamobrē, ut vulgus  
 ita nos hoc loco loquimur, ut alios fortes, alios bo-  
 nos viros, alios prudentes dicamus. popularibus  
 enim verbis est agendum, & vsitatis, cum loqua-  
 mur de opinione populari: idq. eodem modo fecit  
 Panætius. sed ad propositum reuertamur. Erat  
 igitur ex tribus, quæ ad gloriam pertinerent,  
 hoc tertium, ut cum admiratione hominum ho-  
 nore ab his digni iudicaremur. Admirantur igitur  
 communiter illi quidem omnia, quæ magna, & præter  
 opinionem suam animaduertunt; se-  
 paratim autem in singulis, si perspiciunt nec opi-  
 nata quædam bona: itaque eos viros suspiciunt,  
 maximisq. efferunt laudibus, in quibus existimant  
 se excellentes quasdam, & singulares virtutes  
 perspicere; despiciunt autem eos, & contemnunt,  
 in quibus nihil uirtutis, nihil animi, nihil neruo-  
 rum putant. non enim omnes eos contemnunt,  
 de quibus male existimant. nam quos improbos,  
 maledicos, fraudulentos putant, & ad faciendam  
 iniuriam instructos, eos haud contemnunt quidem,  
 sed de ijs male existimant. quamobrem, ut ante  
 dixi, contemnuntur ij, qui nec sibi, nec alteri pro-  
 sunt, ut dicitur; in quibus nullus labor, nulla in-  
 dustria, nulla cura est: admiratione quadam ve-  
 ro afficiuntur ij, qui anteire ceteros virtute putantur;

Tertium  
 de gloria  
 cōparan-  
 da.

Contema-  
 nere, &  
 male exi-  
 stimare,  
 nō idem  
 sunt.

Volupta-  
tes, blādif-  
simæ dñę.

Ex vna iu-  
stitia bo-  
ni viri ap-  
pellatur.

Iustitia  
parit om-  
nē gloriā.  
Oīs vitæ  
institutio  
adiumēta  
hominū  
desiderat.

tur, & cum omni carere dedecore, tum vero ijs  
vitijs, quibus alij non facile possunt obsistere. nā  
& voluptates, blandissima dominæ, sæpe maio-  
res partes animi a virtute detorquent: & dolo-  
rum cum admouentur faces, præter modum ple-  
rique exterrentur: vita, mors, diuitiæ, paupertas  
omnes homines vehementissime permouent. quæ  
qui in utranque partem excelso animo, magno-  
que despiciunt; cumq. aliqua his ampla, & ho-  
nesta res obiecta est, totos ad se conuertit, & ra-  
pit: tum quis non admiretur splendorem, pulchri-  
tudinemq. virtutis? ergo & hæc animi perspicien-  
tia admirabilitatem magnam facit: & maxime  
iustitia, ex qua vna virtute viri boni appellatur,  
mirifica quædam res multitudini videtur: nec in-  
iuria. nemo enim iustus esse potest, qui mortem,  
qui dolorem, qui exsilium, qui egestatem timet;  
aut qui ea, quæ his sunt contraria, æquitati an-  
teponit. maximeq. admirantur eum, qui pecu-  
nia non mouetur: quod in quo viro perspectum  
sit, hunc dignum spectatu arbitrantur. itaque  
illa tria, quæ proposita sunt ad gloriam, omnia  
iustitia conficit, & benevolentiam, quod prodesse  
vult plurimis; & ob eandem causam fidem, &  
admirationem, quod eas res spernit, & negligit,  
ad quas plerique inflammati auiditate rapiuntur.  
Ac, mea quidem sententia, omnis ratio, & in-  
stitutio vitæ adiumenta hominum desiderat, in  
primisq. ut habeas, quibuscum possis familiares  
confer-

cōferre sermones: qđ est difficile, nisi speciē prae  
 te boni viri feras. ergo etiam solitario homini,  
 atque in agro vitam agenti opinio iustitię necessa-  
 ria est, eoq. etiam magis, quòd, si eam non habe-  
 bunt, iniusti habebuntur; & nullis præsidijs se-  
 pti, multis afficientur iniurijs. Atque his etiam  
 qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahē-  
 disq. negotijs implicantur, iustitia ad rem geren-  
 dam necessaria est. cuius tanta vis est, ut nec illi  
 quidem, qui maleficio, & scelere pascuntur, pos-  
 sint sine vlla particula iustitię uiuere. nam qui eo  
 rum cuiquam, qui vna latrocinantur, furatur ali-  
 quid, aut clam eripit, is sibi ne in latrocinio qui-  
 dem relinquit locum. ille autem, qui archipirata  
 dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut  
 occidetur a socijs, aut relinquetur. quin etiam le-  
 ges latronum esse dicuntur, quibus pareāt, quas  
 obseruent. itaque propter æquabilem prædæ par-  
 titionem & Bargulus, Illyricus latro, de quo est  
 apud Theopompū, magnas opes habuit; & mul-  
 to maiores Viriathus Lusitanus: cui quidē exer-  
 citus nostri, imperatoresq. cesserunt: quem C. La-  
 lius, is, qui Sapiens vsurpatur, prætor fregit, &  
 eo minuit; ferocitatemq. eius ita repressit, ut  
 facile bellum reliquis traderet. Cum igitur tan-  
 ta vis iustitię sit, ut ea etiam latronum opes fir-  
 met, atque augeat, quantam eius vim inter le-  
 ges, & iudicia, & instituta reip. fore putamus?  
 Mihi quidem non apud Medos solū, ut ait He-  
 rodo-

Iustitia est  
 apud la-  
 trones ne-  
 cessaria.

Appella-  
 ri solitus  
 est. cōsue-  
 tudinē. n.  
 hoc ver-  
 bū signifi-  
 cat.

rodo-

rodotus, sed apud etiam maiores nostros fruenda  
iustitiae causa videntur olim bene morati reges

Regum constituti. nam, cum premeretur initio multu-  
creando- do ab ijs, qui maiores opes habebant, ad unum  
rū origo. aliquem confugiebant virtute praestantem; qui,  
cum prohiberet iniuria tenuiores, equitate consti-  
tuenda summos cum infimis pari iure retinebat.

Legū con eademq. constituendarum legum fuit causa, quae  
dendarū regum. ius enim semper quae situm est aequabile.  
caussa. neque enim aliter esset ius. id si ab uno iusto, &  
bono viro consequebantur, eo erant contenti. cū  
id minus contingeret, leges sunt inuenta, quae cum  
omnibus semper una, atque eadem voce loque-  
rentur. Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad  
imperandum deligi solitos, quorum de iustitia  
magna esset opinio multitudinis. adiuncto vero  
hoc, ut ydem etiam prudentes haberentur, nihil  
erat, quod homines his auctoribus nō posse conse-

Iustitia qui se arbitrarentur. Omni igitur ratione colēda,  
& pp se, & retinenda iustitia est, tum ipsa propter sese,  
& q̄a glo (nam aliter iustitia non esset) iū propter ampli-  
riā ampli ficationem honoris, & gloriae. Sed ut pecuniae  
ficat, colē quærenda non solum ratio est, sed etiam collocan-  
da est. da, quae perpetuos sumptus suppeditet, nec solum  
necessarios, sed etiam liberales: sic gloria quæren-  
da, & collocanda ratione est. quanquam praecula

Socratis re Socrates hanc viam ad gloriam proximam, et  
de gloria quasi compendiarium dicebat esse, si quis id age-  
pceptū. ret, ut, qualis haberi vellet, talis esset. Quod si

qui



qui simulatione, & inani ostentatione, ficto non modo sermone, sed etiam vultu stabilem se gloriā consequi posse rentur, vehementer errant. vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt; nec simulatum potest quidquam esse diuturnum. testes sunt permulti in utranque partem: sed, breuitatis causa, familia erimus contenti una. Ti. enim Gracchus, P. filius, tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit: at eius filij nec viui probabātur a bonis, & mortui numerum obtinent iure cæsorum. Qui igitur ad lepisci veram iustitiæ gloriā volet, iustitiæ fungatur officijs. ea quæ essent, dictum est in superiore libro. Sed, ut facillime, quales simus, tales esse videamur; etsi in eo ipso vis maxima est, ut simus ij, qui haberi velimus; tamen quædam præcepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis, et nominis, aut a patre acceptam, quod tibi, mi Cicero, arbitror contigisse, aut aliquo casu, atque fortuna: in hunc oculi omnium conijciuntur, atque in eo, quid agat, quemadmodum viuat, inquiritur; & tanquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum eius esse, nec factum. quorum autem prima ætas, propter humilitatē, & obscuritatem, in hominum ignoratione versatur, hi, simul ac iuvenes esse cæperunt, magna spectare, & ad ea rectis studijs debent contendere.

Ficta, tanquam flosculi decidunt.

Quia lepiges ferre cõati sũt perniciofas reip.

Non modo. n. exspectat, sed quasi ab eo uirtus.

re,

re. quod eo firmiore animo facient, quia non mo-  
 do nō invidetur illi etati, verum etiam fauetur.  
 fauet adole-  
 lescentiæ. Prima igitur est adolescenti commendatio ad glo-  
 riam, si qua ex bellicis rebus comparari potest:  
 in qua multi apud maiores nostros extiterunt.  
 semper enim fere bella gerebantur. tua autē etas  
 incidit in id bellum, cuius altera pars sceleris ni-  
 mium habuit, altera felicitatis parum. quo tamē  
 in bello, cum te Pompeius alæ alteri præfecisset,  
 magnam laudem & a summo viro, & ab exerci-  
 tu consequere, equitando, iaculando, omnia  
 militari labore tolerando. atque ea quidem tua  
 laus pariter cum rep. cecidit. mihi autem hæc ora-  
 tio suscepta non de te est, sed de genere toto.  
 quamobrem ad ea, quæ restant, pergamus. Ut  
 igitur in reliquis rebus multo maiora sunt opera  
 animi, quàm corporis: sic eæ res, quas persequi-  
 mur ingenio, ac ratione, gratiores sunt, quàm illæ  
 quas viribus. Prima igitur commendatio profi-  
 ciscitur a modestia, tum pietate in parentes, tum  
 in suos benevolentia. Facillime autem in optimã  
 partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad cla-  
 ros, & sapientes viros, bene consulentes reip. con-  
 tulerunt. quibuscum si frequentes sunt, opinio-  
 nem afferunt populo, eorum fore se similes,  
 quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. P. Ruti-  
 lij adolescentiam ad opinionem & innocentiam, et  
 iuris scienciam P. Mucij commendavit domus.  
 nam L. quidem Crassus, cū esset admodū adole-  
 scens,

Cæsaria-  
 na  
 Pópeia-  
 na.

At maio-  
 ra sunt o-  
 pera, quã  
 corporis.

scens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse pepe-  
 rit maximam laudem ex illa accusatione nobili, Cū accu-  
 & gloriosa. & quā etate qui exercentur, lau- fauit, &  
 ae affici solent; ut de Demosthene accepimus; ea dānauit  
 etate L. Crassus ostendit, id se in foro optime iā C. Carbo-  
 præmeditatum facere, quod etiam tum poterat nem, elo-  
 domi cum laude meditari. Sed cum duplex sit ra- quentissi-  
 tio orationis, quarum in altero sit sermo, in alte- mū, cōsu-  
 ra contentio: non est id dubium, quin contentio larem: q̄  
 orationis plurimum possit, & maiorem uim ha- canthari-  
 beat ad gloriam: ea est enim, quam eloquentiam das sum-  
 dicimus. sed tamen difficile dictu est, quāto- psit. fa. li.  
 re conciliet animos hominum comitas, affabili- 9. ep. 21.  
 tasq. sermonis. extant epistolæ & Philippi ad  
 Alexandrum, & Antipatri ad Cassandrum, &  
 Antigoni ad Philippum, triū prudentissimorum: Eius filiū.  
 (sic enim accepimus) quibus præcipiunt, ut oratio de quo vi-  
 ne benigna multitudinis animos ad beneuolentiā de Iusti-  
 alliciant, militesq. blande appellando, sermone num.  
 deliniant. Quæ autem in multitudine cum con-  
 tentione habetur oratio, ea sæpe uniuersam exci-  
 tat gloriam. magna est enim admiratio copiose,  
 sapienterq. dicentis: quem qui audiunt, intellige-  
 re etiam, & sapere plus, quàm ceteros, arbi-  
 trantur. si vero inest in oratione mixta modestia  
 grauitas, nil admirabilius fieri potest, eoq. ma-  
 gis, si ea sunt in adolescente. Sed cum sint pluri-  
 ma caussarum genera, quæ eloquentiam deside-  
 rant; multiq. in nostra rep. adolescentes & apud  
 iudices,

Iudicio-  
rum ra-  
tio du-  
plex.

iudices, & apud senatum dicendo laudem assecuti sint: maxima admiratio est in iudicijs: quorum ratio duplex est. nam ex accusatione, & defensione constat: quarum & si laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata per sepe est. dixi paullo ante de Crasso: idem fecit adolescens M. Antonius: etiam P. Sulpicij eloquentiam accusatio illustravit, cum, seditiosum, & inutilem ciuem C. Norbanum in iudicium vocavit. sed hoc quidem non est sepe faciendum, nec unquam nisi aut reip. causa, ut duo Luculli; aut patrocini, ut nos pro Siculis, pro Sardis contra Albutium Iulius Caesar. in accusando etiam M. Aquilio L. Fusij cognita industria est. semel igitur non sepe certe. sin erit, cui faciendum sit sepius; reip. tribuat hoc munus; cuius inimicos ulcisci sepe, non est reprehendendum: modus tamen adsit. duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. id enim tum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere, ut accusator nominetur. quod contigit M. Bruto, summo genere nato, illius filio, qui iuris civilis in primis peritus fuit. Atque etiam hoc preceptum officij diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem in iudicium capitis arcessas. id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. nam quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad salutem hominum, & ad conservationem datam, ad bonorum pestem, perniciemque.

ciemq. conuertere? Nec tamen, ut hoc fugien-  
 dum est, ita habendum est religioni contrarium,  
 nocentem aliquando, & nefarium, impiumq. de-  
 fendere. vult hoc multitudo, patitur consuetudo,  
 fert etiam humanitas. iudicis est, semper in caus-  
 sis verum sequi; patroni, nonnunquam verisimi-  
 le, etiam si minus sit verum, defendere: quod  
 scribere, præsertim cum de philosophia scriberẽ,  
 non auderem, nisi idem placeret grauissimo Stoi-  
 corum Panætio. Maxime autem & gloria pari-  
 tur, & gratia defensionibus, eoq. maior, si quan-  
 do accidit, ut ei subueniatur, qui potentis alicu-  
 ius opibus circumueniri, vrgeriq. videatur; ut  
 nos & sæpe alias, & adolescentes contra L. Syl-  
 læ dominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fo-  
 cimus: quæ, ut scis, extat oratio. Sed, expositis  
 adolescentium officijs, quæ valeant ad gloriam  
 adipiscendam, deinde de beneficentia, ac liberali-  
 tate dicendum est. cuius est ratio duplex. Nã aut  
 opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. faci-  
 lior est hæc posterior, locupleti præsertim; sed il-  
 la lautior, ac splendidior, & viro forti, claroq.  
 dignior. quanquam enim in utroque inest gratifi-  
 candi liberalis voluntas: tamẽ altera ex arca, al-  
 tera ex virtute depromitur; largitioq. quæ fit ex  
 re familiari, fontem ipsum benignitatis exhau-  
 rit: ita benigne benigne tollitur: qua quo  
 in plures usus sis, eo minus in multos uti possis.  
 At, qui opera. i. virtute, & industria benefici, et

Liberali  
 tatis rō  
 duplex.

H libe-

liberales erunt, primum, quo pluribus profue-  
 rint, eo plures ad benigne faciendum adiutores  
 habebunt: deinde, consuetudine beneficentiae pa-  
 ratiore erunt, & tanquam exercitatiores ad be-  
 ne de multis promerendum. præclare in epistola  
 quadam Alexandrum filium Philippus accusat,  
 quòd largitione benevolentiam Macedonum cõ-  
 sectetur. Quid te, (maium) inquit, rationis in  
 istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fo-  
 re, quos pecunia corrupisses? an tu id agis, ut Ma-  
 cedones non te regem suum, sed ministrum, &  
 præbitorem putet? quo quid sordidius regi? Me-  
 lius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit  
 esse. fit enim deterior qui accipit, atque ad idem  
 semper expectandum paratior. Hoc ille filio: sed  
 præceptum putemus omnibus. Quamobrem id  
 quidem non est dubium, quin illa benignitas, quæ  
 constat ex opera, & industria, & honestior sit,  
 & latius pateat, & possit prodesse pluribus. Nõ  
 nunquam tamen est largiendum: nec hoc benigni-  
 tatis genus omnino repudiandum est: & sepe ido-  
 neis hominibus indigentibus de re familiari imper-  
 dium in- tiendum, sed diligenter, atque moderate. multi  
 terfecit. enim patrimonia effuderunt inconsulte largien-  
 do. quid autem est stultius, quàm, quod libenter  
 facias, curare, ut id diutius facere non possis? At  
 que etiam sequuntur largitionem rapinae. cum  
 enim dando egere ceperunt, alienis bonis manus  
 afferre coguntur. ita, cum, benevolentiae com-  
 parandæ

quàm q  
 accusat  
 de largi-  
 tione.

ut Milo,  
 is, q Clo  
 dium in-  
 terfecit.  
 Pedian<sup>o</sup>  
 Largitio  
 né incon-  
 sultã ra-  
 pinæ se-  
 quuntur.

paranda causa, benefici esse uelint, non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. quamobrem nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita referanda, ut pateat omnibus: modus adhibeatur, isq. referatur ad facultates. Omnino meminisse debemus id, Mod<sup>o</sup> ad hibeat in largiēdo. quod a nostris hominibus sepiissime usurpatum, iamq. in prouerbij consuetudinem venit, largitionem fundum non habere. etenim quis potest esse modus, cum & ijdem, qui consueuerunt, & illud idem alij desiderent? Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales: prodigi, qui epulis, & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorū, venationumque apparatus pecunias profundunt in eas res, quarū memoriam aut breuem, aut nullam sint relicturi omnino: liberales autem, qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt; aut æs alienū suscipiunt amicorum causa; aut in filiarnm collocatione adiuuant; aut opitulantur vel in re quærenda, vel augenda. itaque miror, quid in mentem uenerit Theophrasto in eo libro, quem de diuitijs scripsit: in quo multa præclare, illud absurde. est enim multus in laudanda magnificentia, et apparatione popularium munerū: taliumq. sumptuum facultatem, fructum diuitiarum putat. mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius exempla pauca posui, multo & maior uidetur, & certior.

tior. quanto Aristoteles grauius, & uerius nos reprehendit, qui has effusiones pecuniarum non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem delinendam. at ij, qui ab hostibus obsidentur, si emere aquæ sextarium mina cogentur, hoc primo auditu incredibile nobis uideri, omnesq. mirari: sed cum attēderimus, veniam necessitati dare: in his immanibus iacturis, infinitisque sumptibus nihil nos magnopere mirari; cum præsertim neque necessitati subueniatur, nec dignitas augeatur; ipsaq. illa delentio multitudinis ad breue tēpus exiguumq. duratura sit, eaq. a leuissimo quoque animo; in quo tamen ipso una cū satietate memoria quoque moriatur voluptatis. Bene etiam colligitur, hæc pueris, & mulierculis, & seruis, & seruorum simillimis liberis esse grata; graui uero homini, & ea, quæ fiunt, iudicio certo ponderanti, Sūt enim probari posse nullo modo. quanquam intelligo, in copiarū, nostra ciuitate inueterasse iam bonis tēporibus, nō uirtutis, ut splendor edilitatum ab optimis uiris postuletur. itaque P. Crassus cum cognomine Diues, tum copijs, functus est edilicio maxime Curionē munere. & paullo post L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Q. Mucio magnificentissima edilitate functus est: deinde C. Claudius, Ap. filius: multi post, Luculli, Hortensius, Silanus. omnes autem P. Lentulus, me consule, uicij superiores. hunc est Scaurus imitatus. magnificentissima uero nostri Pompeij munera secundo consulatu.

Sūt enim probari posse nullo modo. quanquam intelligo, in copiarū, nostra ciuitate inueterasse iam bonis tēporibus, nō uirtutis, ut splendor edilitatum ab optimis uiris postuletur. itaque P. Crassus cum cognomine Diues, tum copijs, functus est edilicio maxime Curionē munere. & paullo post L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Q. Mucio magnificentissima edilitate functus est: deinde C. Claudius, Ap. filius: multi post, Luculli, Hortensius, Silanus. omnes autem P. Lentulus, me consule, uicij superiores. hunc est Scaurus imitatus. magnificentissima uero nostri Pompeij munera secundo consulatu.



sulatu. in quibus omnibus, quid mihi placeat, vi-  
 des. vitanda tamen est suspicio auaritie. nā Ma-  
 merco, homini ditissimo, prætermisso ædilitatis  
 consulatus, repulsam attulit: quare & si postu-  
 latur a populo, bonis uiris si non desiderantibus,  
 attamen approbantibus, faciendum est, modo pro  
 facultatibus; nos ipsi ut fecimus: & si quando  
 aliqua res maior, aut utilior populari largitione  
 acquiritur; ut Oresti nuper prandia in semitis, de-  
 cimæ nomine, magno honori fuerunt. ne M.  
 quidem Seio vitio datum est, quod in caritate an-  
 nonæ asse modium populo dedit. magna enim se;  
 & inueterata inuidia, nec turpi iacturæ, quando  
 erat ædilis, nec maxima liberauit. sed honori Iam mor  
 summo nuper nostro Miloni fuit, quod, gladiato tuo.  
 ribus emptis reip. caussa, quæ salute nostra con-  
 tinebatur, omnes P. Clodij conatus, furoresque  
 compressit. Causa igitur largitionis est, si aut ne-  
 cesse est, aut utile. in his autem ipsis mediocrita-  
 tis regula optima est. L. quidem Philippus, Q.  
 filius, magno vir ingenio, in primisq. clarus, glo-  
 riari solebat, se sine ullo munere adeptum esse  
 omnia, quæ haberentur amplissima. dicebat idem  
 Cotta, Curio. nobis quoque licet in hoc quodam  
 modo gloriari. nam pro amplitudine honorum,  
 quos cunctis suffragijs adepti sumus nostro quidē  
 anno, quod contigit eorum nemini, quos modo no-  
 minauimus, sane exiguus sumptus ædilitatis fuit. At  
 que etiam illæ impensæ meliores sunt, muri, na-

qui thea-  
trum ma-  
gnificen-  
tissimum  
exfluxe-  
rat.

Propen-  
sior beni-  
gnitas de-  
bet esse i  
calamito-  
sos.

Senarius  
iambic.

ualia, portus, aquarum ductus, omniaque; quæ  
ad usum reip. pertinent. quanquam enim, quod  
præsens tanquam in manu datur, iucundius est:  
tamen hæc in posterum gratiora, theatra. por-  
ticus, nova templa. Verecundius reprehendo  
propter Pompeium: sed doctissimi non probant,  
ut & hic ipse Panætius, quem multum in his li-  
bris secutus sum, non interpretatus; & Phalc-  
reus Demetrius, qui Periclem, principem Græ-  
ciæ, vituperabat, quòd tantam pecuniam in præ-  
clara illa Propylæa coniecit. Sed de hoc genere  
toto in ijs libris, quos de rep. scripsi, diligenter  
est disputatum. Tota igitur ratio talium largi-  
tionum genere vitiosa est, temporibus necessaria,  
& tum ipsa & ad facultates accommodanda, et  
mediocritate moderanda est. In illo autem alte-  
ro genere largiendi, quod a liberalitate proficisci-  
tur, non uno modo in disparibus causis affecti es-  
se debemus. alia causa est eius, qui calamitate  
premitur; & eius, qui res meliores quærit, nullis  
suis rebus aduersis. propensior benignitas esse de-  
bet in calamitosos: nisi forte erunt digni calami-  
tate. in ijs tamen, qui se adiuuari volent, non ut  
ne affligantur, sed ut ad altiore gradum ascen-  
dant, restricti omnino nullo modo esse debemus,  
sed in deligendis idoneis iudicium, et diligentiam  
adhibere. nam præclare Ennius:

Benefacta male locata, malefacta arbitror.  
Quod autem tributum est bono viro, et grato, in

eo cum ex ipso fructus est, tum etiam ex ceteris. temeritate enim remota, gratissima est liberalitas: eoque eam studiosius plerique laudant, quod summi cuiusque bonitas commune perfugium est omnium. Danda igitur opera est, ut hos beneficijs quamplurimis afficiamus, quorum liberis, posterisque prodatur memoria, ut his ingratis esse non liceat. omnes enim immemorem beneficij oderunt; eamque iniuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri, eumque qui faciat, communem hostem tenuiorum putant. Atque hæc benignitas etiam reip. utilis est, redimi e seruitute captos, locupletari tenuiores: quod quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro, in oratione Crassi scriptum copiose videmus. hanc ergo consuetudinem benignitatis largitioni munerum antepo-  
 no. hæc est grauium hominum, atque magnorum, illa quasi assentatorum populi, multitudinis leuitatem voluptate quasi titillantium. Conuenit autem tum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum; in omniq. re contrahenda, uendendo, emendo, conducendo, locando, in uicinitatibus, & confinijs æquum, & facilem, multa multis de iure suo concedentem; a litibus vero, quantum liceat, & nescio an paullo plus etiam, quàm liceat, abhorrentem. est enim non modo liberale, paulum nonnunquam de suo iure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Habenda autem est ratio rei familiaris; quam quidē

Bonitas  
 cōmune  
 perfugiū  
 est omniū

Pro in  
 terrēdis  
 homini-  
 nibus ali  
 beralita-  
 te. minus  
 vsitata lo-  
 quendi  
 forma.

In exigē-  
 do acer-  
 bitas re-  
 prehendi  
 tur.  
 Lites fu-  
 giendæ.

dilabi sinere, flagitiosum est; sed iua, ut illibera-  
 litatis, auaritiaq. absit suspicio, posse enim libe-  
 raliute uti, non spoliantem se patrimonio, nimi-  
 rum est pecuniae fructus maximus. Recte etiam  
 Hospita- a Theophrasto est laudata hospitalitas, est enim  
 litas a ut mihi videtur, valde decorum, patere domos  
 Theo hominum illustriam illustribus hospitibus; idque  
 phrasto etiam reip. est ornamento, homines externos hoc  
 laudata liberalitatis genere in urbe nostra non egere, est  
 etiam vehementer utile ips, qui honeste posse mul-  
 ta volunt, per hospites apud externos populos va-  
 lere opibus, & gratia. Theophrastus quidem scri-  
 bit, Cimonem Athenis etiam in suos curiales La-  
 ciadas hospitalem fuisse; ita enim instituisse, &  
 villicis imperasse, ut omnia praeberentur, quicum-  
 que Laciades in villam suam diuertisset. Quae  
 autem opera, non largitione, beneficia dantur;  
 haec tum in uniuersam remp. tum in singulos ci-  
 ues conferuntur. nam in iure cauere, consilio iu-  
 Ne quid uare, atque hoc scientiae genere prodesse quam-  
 contra i<sup>o</sup> plurimis, uehementer & ad opes augendas per-  
 commit- ratur, tinet, & ad gratiam. itaque cum multa praecela-  
 ius ciui- ra maiorum, tum quamoptime constituti iuris ci-  
 le seper uilis summo semper in honore fuit cognitio, atque  
 in hono- interpretatio: quam quidem ante hanc confusio-  
 re fuit. nem temporum in possessione sua principes reti-  
 nuerunt: nunc, ut honores, ut omnis dignitatis  
 gradus, sic huius scientiae splendor deletus est: idq.  
 eo indignius, quod eo tempore hoc contigit, cum

is esset, qui omnes superiores quibus honore par-  
 esset, scientia facile vixisset. hæc igitur opera gra-  
 ta multis, et ad beneficijs adstringendos homine  
 accommodata. Atque huic arti finitima est dice-  
 di prauior facultas, & gratior, & ornatior.  
 quid enim eloquentia laudabilius, & præstabilius,  
 vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel  
 eorum, qui defensi sunt, gratia? huic quoque ergo  
 a maioribus nostris est in tota dignitate principa-  
 tus datus. disertus igitur hominis, & facile labora-  
 tis, quodque in patrijs est moribus, multorum causas  
 & non grauate, & gratuito defendētis, beneficia,  
 et patrocinia late patent. Admonebat me res, ut  
 hoc quoque loco intermissionem eloquentiæ, ne di-  
 cam interitum, deplorarem, nisi vererer, ne de  
 me ipso aliquid uiderer quiri. sed tamē uidemus,  
 quibus extinctis oratoribus, quàm in paucis spes,  
 quàm in paucioribus facultas, quàm in multis sit  
 audacia. cum autem omnes non possint, ne multi  
 quidem, aut iuris periti esse, aut disertus; licet ta-  
 men opera prodesse multis, beneficia petentem;  
 commendantem iudicibus, & magistratibus, ui-  
 gilantem pro re alterius, eos ipsos, qui aut consu-  
 lunt, aut defendunt, rogantem: quod qui faciunt,  
 plurimum gratiæ consequuntur, latissimæque eorum  
 manat industria. Iam, illud non sunt admonen-  
 di, (est enim in promptu) ut animaduertant,  
 cum alios iuuare uelint, ne quos offendant. sepe  
 enim aut eos lædunt, quos non debent; aut eos;

Intelligi  
 Ser. Sul-  
 piciū, &  
 dialecti-  
 cam ad i-  
 ciuile ad  
 iunxit:  
 quæ Scæ-  
 uola non  
 fecerat.  
 vide li-  
 brum de  
 claris o-  
 rat.

Propter  
 bella ci-  
 uilia,

Vt iuris  
 periti.

Patet per  
 se.

quos

quos non expedit: si imprudentes, negligentia  
 est; si scientes, temeritas. Utendum etiam est  
 excusatione aduersus eos, quos inuitus offendas,  
 quacunque possis, quare id, quod feceris, neces-  
 se fuerit, nec aliter facere potueris; certisq. ope-  
 ris, & officijs erit, quod molatum est, compen-  
 sandum. Sed cum in hominibus iuuandis aut mo-  
 res spectari, aut fortuna soleat; dictu quidem est  
 proclive, itaq; vulgo loquuntur, sese in beneficijs  
 collocandis mores hominum, nō fortunam sequi:  
 honesta oratio est: sed quis est tandem, qui inopis,  
 et optimi viri causse non anteponat in opera dā-  
 da gratiam fortunati, & potentis? a quo enim  
 expeditior, & celerior remuneratio fore videtur  
 in eum fere est voluntas nostra propensior, sed a-  
 nimaduertendum est diligentius, quæ natura re-  
 rum sit. nimirum enim inops ille, si bonus est vir,  
 etiam si referre gratiam non potest, habere certe  
 potest. commode autem, quicumque dixit: pecu-  
 niam qui habeat, non reddidisse; & qui reddide-  
 rit, non habere: gratiam autem, & qui reddide-  
 rit, habere; & qui habeat, retulisse. At qui  
 se locupletes, honoratos, & beatos putant, hi ne  
 obligari quidem beneficio volunt: quin etiam be-  
 neficium se dedisse arbitratur, cum ipsi quamuis  
 aliquod magnum acceperint: æque etiam a se aut  
 postulari, aut expectari aliquid suspicantur. pa-  
 trocinio verſe se vsos, aut clientes appellari, mor-  
 tis instar putant. At verò ille tenuis, cum quid  
 factum

Cum ali-  
 quid eo  
 præcipue  
 nomine  
 faciendū  
 tibi sta-  
 tuas, vt  
 compen-  
 setur qd  
 uiolatū ē

Inops po-  
 test esse  
 gratus, a-  
 mo, nō re-

Hoc idē  
 scribit ad  
 Leptam,  
 li. 6. fam.  
 ep. 19.

factum sit, sese spectatum, non fortunam, putans, non modo illi, qui est meritus, sed etiam illis, a quibus expectat, (eget enim multis) gratum se videri studet. neque vero verbis auget suum munus, si quo forte fungitur, sed etiam extenuat. Videndumq. illud item, quod, si opulentum, fortunatumq. defenderis, in illo uno, aut forte in liberis eius maneat gratia, sin autem inopem, probum tamen, & modestum, omnes non improbi bumiles, quæ magna in populo multitudo est, præsidium sibi paratum vident. quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos beneficium collocari puto. danda omnino opera est, ut omni generi satisfacere possimus: sed, si res in contentidnem veniet, nimirum Themistocles est auctor adhibendus: qui, cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret; ego, inquit, malo virum, qui pecunia egeat, quàm pecuniam, quæ viro: sed corrupti mores, deprauatiq. sunt admiratione diuitiarum. quarum magnitudo quid ad vnumquemque nostrum pertinet? illum fortasse adiuvat, qui habet: ne id quidem semper: sed fac iuuare: potentior sane sit, honestior vero quo modo? quod si etiam bonus erit vir; ne impediant diuitiæ, quo minus iuuetur; modo ne adiuent; sitq. omne iudicium, non quàm locuples, sed qualis quisque sit. Extremum autem præceptum in beneficijs, operaq. danda est, ne quid contra equitatem con-

Melius a  
 pud bo-  
 nos viro,  
 quàm a-  
 pud for-  
 tunatos,  
 beneficiũ  
 collocat.

Ne bene-  
 ficium in  
 illũ ideo  
 non con-  
 feramus,  
 quia diui-  
 tijs abun-  
 det: si mō  
 uir bon⁹  
 est:

tendas.

tendas, ne quid per iniuriam fundamentum enim  
 perpetua commendationis, & famæ est iustitia:  
 sine qua nihil potest esse laudabile. Sed quoniam  
 de eo genere beneficiorum dictum est, quæ ad sin-  
 gulos spectant: deinceps de ijs, quæ ad uniuersos,  
 quæq. ad remp. pertinent, disputandum est. Eo-  
 rum autem ipsorum partim eiusmodi sunt, ut ad  
 uniuersos ciues pertineant, partim, singulos ut  
 attingant; quæ sunt etiam gratiora. danda est o-  
 pera omnino, si possit, utrisque, nec minus ut et  
 singulis consulatur; sed ita, ut ea res aut profit,  
 aut certe ne obsit reip. C. Gracchi frumentaria  
 magna largitio fuit; exhauriebat igitur arariū:  
 modica M. Octauij, & reip. tolerabilis, & ple-  
 bi necessaria; ergo & ciuibus, & reip. salutaris.  
 In primis autem uidendum erit ei, qui remp. ad-  
 ministrabit, ut suum quisque teneat, neque de  
 bonis priuatorum publice diminutio fiat. perni-  
 ciose enim Philippus in tribunatu, cum legem a-  
 grariam ferret; quam tamen antiquari facile pas-  
 sus est; & in eo uebementer se moderatum præ-  
 buit: sed cum in agendo multa populariter, tum  
 illud male, nō esse in ciuitate duo millia hominū,  
 qui rem haberent. capitalis omnino oratio est ad  
 æquationem bonorum pertinens; qua peste quæ  
 potest esse maior? hac enim ob causam maxime;  
 ut sua tenerentur, resq. ciuitatesq. cōstitutæ sunt.  
 nam etsi duce natura congregabantur homines;  
 tamen, spe custodia rerum suarum, urbium præ-  
 sidia



fidia quarebat. Danda etiam opera est, ne, quod  
 apud maiores nostros saepe fiebat, propter rariorij  
 tenuitatem, assiduitatemq. bellorum, tributum  
 sit conferendum: idq. ne eueniat, multo ante erit  
 prouidendum. sin qua necessitas huius muneris  
 alicq. reip. obuenerit: (malo enim alteri, quam  
 nostrae, ominari: neque tamen de nostra, sed de  
 omni rep. disputo) danda erit opera, ut omnes in-  
 telligant. si salui esse uelint, necessitati esse paren-  
 dum. Atque etiam omnes, qui reip. gubernan- Soluen-  
 bunt, consulere debebunt, ut earum rerum copia dum tri-  
 sit, quae sunt necessariae. quarum qualis compara butu, ne-  
 tio fieri soleat, & deaeat, non est necesse disputa- cessario  
 re. est enim in promptu. tamen locus attingendus impositu  
 fuit. Caput autem est in omni procuratione ne- Satis pa-  
 gotij, & muneris publici, ut auaritia pellatur tet.  
 etiam minima suspicio. utinam, inquit C. Pon-  
 tius Samnis, ad illa tempora fortuna me seruasset,  
 & tunc essem natus, quando Romani dona acci-  
 pere coepissent: non essem passus diutius eos impe-  
 rare. nae illi quidem multa saecula expectanda fue-  
 runt. modo enim hoc maium in hanc reip. inua-  
 sit: itaque facile patior tunc potius Pontiu fuis-  
 se; siquidem in illo tantum fuit roboris. Nondum  
 centum, & decem anni sunt, cum de pecunijs Vt pos-  
 repetundis a L. Pisone lata est lex, nulla antea set Ro-  
 cum fuisset. at uero postea tot leges, & proxima manum  
 quaeque duriores; tot rei damnati; tantum Itali imperiu  
 cum bellum propter iudiciorum metum excita- pecunia  
 tum; largienda  
 euertere,

tum;

C I C E R O N I S

eum; tanta, sublatis legibus, & iudicijs, expila-  
 tio, disceptioq. sociorum; ut imbecillitate aliorum,  
 non nostra virtute, valeamus. Laudat Africanum  
 Panætius, quod fuerit abstinentens. quid ni laude-  
 tur? sed in illo alia maiora: laus enim abstinentiæ  
 non hominis est solum, sed etiam temporum illo-  
 rum. Omni Macedonum gazæ, quæ fuit maxi-  
 ma, potitus est Paullus: tantum in ærarium pe-  
 cuniæ inuexit, ut unius Imperatoris præda finem  
 attulerit tributorum. at hic nihil in domum suam  
 intulit, præter memoriam nominis sempiternam.  
 Imitatus patrem Africanus nihilo locupletior Car-  
 thagine eversa. Quid, qui eius collega in censu-  
 ra fuit, L. Mammius? nunquid copiosior, cum co-  
 piosissimam urbem funditus sustulisset? Italiam  
 ornare, quam domum suam, maluit. quanquam,  
 Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatio-  
 rum. Nullum igitur vitium est tetrius, (ut eo, unde  
 egressa est, referat se oratio) quam auaritia,  
 præsertim in principibus, & reip. gubernanti-  
 bus. habere enim quæstui reip. non modo turpe  
 est, sed sceleratum etiam, & nefarium. itaque,  
 quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam  
 nulla re alia, nisi auaritia, esse perituram, is vi-  
 detur non solum Lacedæmonijs, sed & omnibus  
 opulentis populis prædixisse. Nulla autem re cõ-  
 ciliare facilius benevolentiam multitudinis pos-  
 sunt ij, qui reip. præsent, quam abstinentia, & cõ-  
 ciliat. tinentia. qui vero esse populares volunt, ob eãq.  
 causam

Abstinen-  
 tia bene-  
 uolentiã  
 multitu-  
 dinis cõ-  
 ciliat.

causam aut agrariam rem tentant, ut possessores suis sedib. pellantur, aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant, labefactant fundamenta reip. concordiam primū tollunt, quæ esse non potest, cum alijs adimuntur, alijs condonantur pecuniæ; deinde æquitatem, quæ tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. id enim est proprium, ut supra dixi, ciuitatis, atque urbis, ut sit libera, & non sollicita suæ rei cuiusq. custodia. Atque in hac pernicie reip. ne illam quidem consequuntur. quam putant, gratiam. nam cui res erepta est, inimicus; cui data est, etiam dissimulat se accipere voluisse; et maxime in pecunijs creditis occultat suum gaudium, ne videatur non fuisse soluendo. at vero ille, qui accipit iniuriam, & meminit, & præsefert dolorem suum. Nec, si plures sunt ij, quibus improbe datū est, quàm illi, quibus iniuste ademptum est, iccirco plus etiam valent. non enim numero hæc iudicantur, sed pondere. quam autem habet æquitatem, ut agrum, multis annis, aut etiā seculis ante possessum, qui nullum habuit, habeat, qui autem habuit, amittat? at propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrum Ephorum expulerunt, Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necauerunt. ex quo eo tempore tanta discordiæ secuti sunt, ut tyranni existeret, & optimates exterminarentur, & præclarissime cō Lycurgi stituta res. dilaberetur. nec vero solum ipsa cecidit, legibus.

cidit,

cidit, sed etiam reliquam Græciam euertit contra  
gionibus malorum, quæ a Lacedæmonijs profe-  
ctæ manarunt latius. Quia nostros Gracchos, Ti.

Maiores: Gracchi, summi viri filios, Africani nepotes, no-  
cuius ex ne agraria contentiones perdiderunt? At vero  
filia Cor Aratus Sicyonius iure laudatur, qui, cum eius  
nelia Ti. ciuitas quinquaginta annos a tyrānis teneretur,  
Gracch<sup>o</sup> profectus Argis Sicyonem, clandestino introitu  
duos fili- urbe est potitus; cumq. tyrannum Nicoclē im-  
os susce- prouiso oppressisset, sexcentos exsules, qui fuerāt  
pit, Tibe eius ciuitatis locupletissimi, restituit, remq. pub.  
rium & aduentu suo liberauit. sed, cum magnam animad-  
Caium. uerteret in bonis, et possessionibus difficultatem;  
quod & eos, quos & ipse restituerat, quorum  
bona alij possederant, egere iniquissimum arbi-  
trabatur; & quinquaginta annorum possessiones  
mouere, non nimis æquum putabat; propterea  
quod tam longo spatio multa hereditatibus, mul-  
ta emptionibus, multa dotibus detinebantur: sine  
iniuria iudicauit, neque illis adimi, neq; his non  
satisfieri, quorum illa fuerant, oportere. cum igi-  
tur statuisset opus esse ad eam rem constituendā  
pecunia, Alexandriam se proficisci uelle dixit,  
remq. integram ad reditum suum iussit esse: isq.  
celeriter ad Ptolemæum, suum hospitem, venit,  
qui tum regnabat alter post Alexandriam condi-  
tā: cui cum exposuisset, patriam se liberare uelle,  
causamq. docuisset; a rege opulento vir summus  
facile impetrauit, ut grādi pecunia adiuuaretur:

quam

quam cū in Sicyonem attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognouit & eorum, qui aliena detinebant, et eorum qui sua amiserant; præfecitq̄ æstimandis possessionibus, & uti persuaderent alijs, ut pecuniam accipere mallent, & possessionibus cederent; alijs, ut commodius putarent, numerari sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. ita perfectum est, ut omnes, constituta concordia, sine querela discederent. O virum magnum; dignumq̄, qui in nostra rep. natus esset. sic par est agere cum ciuibus, non; ut bis iam vidimus, hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subijcere præconis. at ille Græcus, id quod fuit sapientis, & præstantis uiri, omnibus consulendum putauit: eaq̄ est summa ratio, & sapientia summi ciuis, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes equitate eadem continere, Habitent gratis in alieno. quid ita? ut, cum ego emerim, ædificauerim, tuear, impendam, tu me inuito fruare meo? quid est aliud, alijs sua eripere, alijs dare aliena? Tabulæ vero nouæ quid habent argumenti, nisi ut emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Quamobrem, ne sit æs alienum, quod reip. noceat, prouidendum est: quod multis rationibus caueri potest, si hoc non fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum. nec enim vlla res uehemen-

Sylla præ  
mum, de  
inde Cæ  
sare do-  
minatib.

rius remp. continet, quàm fides; quæ esse nul-  
 la potest, nisi erit necessario solutio rerum cre-  
 ditarum. nunquam enim vehementius actum est,  
 quàm me consule, ne solueretur: armis, & ca-  
 stris tentata res est ab omni genere hominum,  
 & ordine. quibus sic restiti, ut hoc tantum ma-  
 lum de rep. tolleretur. nunquam nec maius es  
 alienum fuit; nec melius, nec facilius dissolutum  
 est. fraudandi enim spe sublata, soluendi neces-  
 sitas consecuta est. At vero hic noster victor,  
 nunc quidem victus, quæ cogitabat, ea perfe-  
 cit, cum eius iam nihil interesset. tanta in ea pec-  
 candi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret,  
 peccare, etiam si causa non esset. Ab hoc igi-  
 tur genere largitionis, ut alijs detur, alijs aufe-  
 ratur, aberunt ij, qui remp. tuebuntur: in pri-  
 misq; operam dabunt, ut iuris, & iudiciorum æ-  
 quitate suum quisque teneat; et neque tenuiores  
 propter imbecillitatem circumueniantur, neque  
 locupletibus ad sua vel tenenda, vel recuperanda  
 obsit invidia. Præterea, quibuscunque rebus vel  
 belli, vel domi poterunt, remp. augeant imperio,  
 agris, vectigalibus. Hæc magnorum hominum  
 sunt: hæc apud maiores nostros factitata: hæc  
 genera officiorum qui persequuntur, cum summa  
 utilitate reip. magnam ipsi adipiscuntur & gra-  
 tiam, & gloriam. In his autem utilitatum præ-  
 ceptis Antipater Tyrius, Stoicus, qui Athenis  
 nuper est mortuus, duo præcepta censet esse a Pa-

natio

a Catili-  
 na.

interfecto  
 a Bruto,  
 Casio, a-  
 lijs.

natio prætermiffa, valetudinis curationem, et pecunia. quas res a summo philofopho præteritas arbitror, quòd efferent faciles: sunt certe utiles. Sed valetudo fufientatur notitia fui corporis, et obferuatione earum rerũ, quæ res aut prodesse folet, aut obefse; et continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi cauffa, et prætermittendis voluptatibus; poftremo arte eorum, quorum ad fcientiam hæc pertinent. Res autem familiaris queri debet ijs rebus, a quibus abeft turpitudine, conferuari autem diligentia, & parfimoniam, ijsdem etiam rebus augeri. Has res commodiffime Xenophon Socraticus perfecutus eft in eo libro, qui Oeconomicos infcribitur: quem nos, ifta fere ætate cum efferimus, qua es tu nunc, è græco in latinum conuertimus. Sed utilitatum comparatio ( quoniã hic locus erat quartus a Panætio prætermiffus) fæpe eft neceffaria. nam & corporis commoda cum externis, et externa cum corporis, et ipfa inter fe corporis, et externa cum externis comparari folet. Cum externis corporis hoc modo comparantur; valere ut malis, quàm diues effer: cum corporis externa, hoc modo; diues effer potius, quàm maximis corporis viribus. Ipfæ inter fe corporis comparantur fic: bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati. Externorum autem, ut gloria diuitijs, vectigalia urbana ruficis ex quo genere comparationis illud eft Catonis fenis: a quo cum quereretur, quid maxime in re fa-

valetudinis tuende ratio.

medicorum.

res familiaris unde comparanda.

C I C E R O N I S

miliari expediret, respondit, bene pascere; quid  
 secundum, satis bene pascere; quid tertium, bene  
 vitare; quid quartum, arare: & cum ille, qui  
 quaesierat, dixisset, quid fenerari? tum Cato,  
 quid hominem, inquit occidere? ex quo, & mul-  
 tis alijs intelligi debet, utilitatũ comparationes  
 solere fieri, recteque hoc adiunctum esse quartum  
 exquirendorum officiorum genus. sed toto hoc  
 de genere, de quaerenda, de collocanda pecunia,  
 etiam de utenda commodius a quibusdam opti-  
 mis viris, ad medium Ianum sedentibus, quam ab  
 ullis philosophis ulla in schola, disputatur. sunt ta-  
 men ea cognoscenda. pertinent enim ad utilita-  
 tem, de qua hoc libro disputandum est. reliqua  
 deinceps persequemur.

ironia ē.  
 fenerato-  
 ris enim  
 intelligit



M. TULLII CICERONIS  
OFFICIORVM  
AD MARCVM FILIVM  
LIBER III.

SCIPIONEM, Marce fili, eum, qui  
 P. primus Africanus appellatus est, dice  
 re solitum, scripsit Cato, qui fuit fere  
 eius æqualis; nūquā se minus otiosum  
 esse, quā cum otiosus; nec minus solum, quā  
 cum solus esset. magnifica vero vox, & magno  
 viro, & sapiente digna; quæ declarat, illam &  
 in otio de negotijs cogitare, et in solitudine secum  
 loqui solitum; ut neque cessaret unquam, & in-  
 terdum colloquio alterius non egeret. itaque duæ  
 res, quæ languorem afferunt ceteris, illum acue-  
 bant, otium, & solitudo. Vellem, & nobis hoc  
 idem vere dicere liceret: sed, si minus imitatione  
 tanta ingenij præstantiam cōsequi possumus, vo-  
 lūtate certe proxime accedimus. nam &, a rep.  
 forensibusq; negotijs armis impijs, viq; prohibiti,  
 otium persequimur: & ob eam causam urbe re-  
 licta, rura peragrantes, sæpe soli sumus. sed nec  
 otium hoc cum Africani otio, nec solitudo cum  
 illa comparanda est. ille enim, requiescens a reip.  
 pulcherrimis muneribus, otium sibi sumebat ali-  
 quando, & a cætu hominum, frequentiaq; inter-  
 dum, tanquam in portum, se in solitudinem reci-  
 piebat: nostrum autem otium negotij inopia, nec

qui tamē  
 Scipioni  
 parū ami-  
 cus esse  
 creditus  
 ē Liuius.

requiescendi studio, constitutum est. Extincto enim senatu, deletisque iudicijs, quid est, quod dignum nobis aut in curia, aut in foro agere possimus? ita, qui in maxima celebritate, atque in oculis civium quondam viximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, & saepe soli sumus. sed quia sic ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minima oportere, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inesset boni; propterea & otio fruor, non illo quidem, quo debet is, qui quondam peperisset, otium civitati; nec eam solitudinem languere patior, quam mihi affert necessitas, non voluntas. quanquam Africanus maiorem laudem vel meo iudicio assequeretur: nulla tamen eius ingenij monumenta mandata litteris, nullum opus otij, nullum solitudinis munus extat. ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, investigationeque earum rerum, quas cogitando consequeretur, nec otiosum, nec solum unquam fuisse. Nos autem, qui non tantum roboris habemus, ut cogitatione tacita à solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium, curamque cunvertimus. itaque plura brevi tempore, eversa, quam multis annis, stante rep. scripsimus. Sed cum tota philosophia, mihi Cicero, frugifera, & fructuosa, nec ulla pars eius inculta, ac deserta sit: tamen nullus feracior in ea locus est, nec uberior, quam de officijs; a quibus

in consu-  
latu, con-  
iuratio-  
ne extin-  
cta. de  
quo iam  
antea glo-  
riatus est

tota phi-  
losophia  
frugifera.

bus

bus constanter, honesteq; viuendi præcepta ducuntur. quare, quanquam a Cratippo nostro, principe huius memoria philosophorum, hoc te assidue audire, atque accipere confido; tamẽ con-  
ducere arbitror, talibus au; es tuas vocibus undique circum sonare, nec eas, si fieri possit, quidquam aliud audire. quod cum omnibus est faciendum, qui uitam honestam ingredi cogitant: tamẽ haud scio, an nemini potius, quàm tibi, sustines enim non paruam expectationem imitandæ industriæ nostræ, magnam honorũ, nõ nullam fortasse nominis. suscepisti onus præterea graue et Athenarum, & Cratippi: ad quos cum tanquã ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem & urbis auctoritatem, & magistri. Quare, quantum con-

inter pe-  
ripateti-  
cos. fam.  
ep. 16. l.  
12. & 21.  
l. 16.

quæ sem-  
per bo-  
nas artes  
aluit.

turpe; altero, utile ne esset, an inutile; tertio, si  
 id, quod specimē habet honesti, pugnaret cum  
 eo, quod utile videretur, quo modo ea discerni  
 oporteret: de duobus generibus primis tribus li-  
 bris explicavit: de tertio autem genere deinceps  
 se scripsit dicturum; nec exsoluit, quod promise-  
 rat, quod eo magis miror, quia scriptum a disci-  
 pulo eius Posidonio est, triginta annos vixisse Pa-  
 nætium postquam illos libros edidisset, quem lo-  
 cum miror a Posidonio breuiter esse tractatū in  
 quibusdam commentarijs, præsertim cum scri-  
 bat, nullum esse locū in tota philosophia tam ne-  
 cessarium. Minime uero assentior ijs, qui negāt  
 eum locum a Panætio prætermisum, sed consul-  
 to relictum, nec omnino scribendum fuisse; quia  
 nunquam posset utilitas cum honestate pugnare  
 de quo alterum potest habere dubitationem, ad-  
 hibendum ne fuerit hoc genus, quod in diuisione  
 Panetij tertium est, an plane omittendum: alte-  
 rum dubitari non potest, quin a Panætio susce-  
 ptum sit, sed derelictum. nam, qui e diuisione  
 tripartita duas partes absoluerit, huic necesse est  
 restare tertiam. præterea, in extremo libro ter-  
 tio de hac parte pollicetur se deinceps esse dictu-  
 rum. accedit eodem testis locuples Posidonius;  
 qui etiam scribit in quadam epistola, P. Rutiliū  
 Rufum dicere solere, qui Panætium audierat;  
 ut nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam  
 partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, ab-  
 solueret,

utilitas  
 nūquam  
 videtur  
 cum ho-  
 nestate  
 pugnare.

solueret, (oris enim pulchritudo reliqui corporis  
 imitandi spem auferbat) sic ea, quæ Panætius  
 prætermisisset, & non perfecisset, propter eorū,  
 quæ fecisset, præstantiam neminem esse persecu-  
 tum. Quamobrem de iudicio Panætij dubitari nō  
 potest. Recte ne autem hanc tertiam partem ad  
 exquirendum officium adiunxerit, an secus, de  
 eo fortasse dubitari potest. nam siue honestum so-  
 lum bonum est, ut Stoicis placet; siue quod ho-  
 nestum est, id ita summum bonum est, quemad-  
 modū Peripateticis nostris videtur, ut omnia ex  
 altera parte collocata, uix minimi momētū instar  
 habeant: dubitandum nō est, quin nunquam pos-  
 sit utilitas cum honestate contendere. itaque ac-  
 cepimus, Socratem solitum execrari eos, qui pri-  
 mum hæc, natura coherentia, opinione distraxis-  
 sent. cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut etiam,  
 quidquid honestum esset, id utile esse censerent;  
 nec utile quidquam, quod non honestum. Quod si  
 is esset Panætius, qui virtutem propterea colen-  
 dam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset; ut  
 ij, qui res expectandas vel voluptate, vel indolen-  
 tia metiuntur: liceret ei dicere, honestatē aliquan-  
 do cum utilitate pugnare, sed, cum sit is, qui id  
 solum bonum iudicet, quod honestum sit, quæ au-  
 tem huic repugnēt specie quadam utilitatis, eorū  
 neque accessione meliorem vitam fieri, nec disces-  
 sione peiorem: non videtur huiusmodi debuisse de-  
 liberationem introducere; in qua, quod utile vi-  
 deretur,

Epicurei

Stoicorū  
opinio.

deretur, cum eo, quod honestum est, comparetur. etenim, quod summum bonum à Stoicis dicitur, conuenienter naturæ viuere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, naturam cum virtute congruere semper; cetera autem, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. quod cum ita sit, putant quidam hanc comparisonem recte non esse introductam, nec omnino de eo genere quidquam præcipiendum fuisse. Atque illud quidem honestum, quod proprie, verè quæ dicitur, id in sapientibus est solis, neque à virtute diuelli unquam potest: in ijs autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo esse potest, similitudines honesti esse possunt. Hæc igitur omnia officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant; & ea communia sunt, & late patent: quæ & ingenij bonitate multii assequuntur, & progressionem discendi. Illud autem, quod perfectum iisdem appellant, perfectum, atque absolutum est, & ut iisdem dicunt, omnes numeros habet, nec, præter sapientem, cadere in quenquam potest. Cum autem aliquid actum est, in quo media officia comparantur, id cumulatè videtur esse perfectum: propterea quod vulgus, quid absit à perfecto, fere non ex toto intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat præterminissimum. quod autem in poematibus, & in picturis usu venit, in alijs quæ compluribus, ut delectentur imperiti;

perfectū  
officiū in  
vnū sapiē  
tē cadit.

riti, laudentq̄, ea, quæ laudanda non sint; ob eam,  
 credo, causam, quòd in his aliquid probi,  
 quod capiat ignaros, qui quidē, quid in vnaqua-  
 que re vitij sit, nequeant iudicare. itaque, cum  
 sint docti à peritis, desistunt facile à sentētia. hæc  
 igit̄ officia, de quibus his libris differimus, quasi  
 secunda quædam honesta dicunt esse, non sapien-  
 tum modo propria, sed cum omni hominum ge-  
 nere cōmunia: itaque ij omnes, in quibus est vir-  
 tutis indoles, commouentur. Nec vero, cum duo  
 duo Decij, aut duo Scipiones, fortes viri, comme-  
 morantur, aut cum Fabricius, aut Aristides iu-  
 stus nominantur, aut ab illis fortitudinis, aut ab  
 his iustitiæ, tanquã à sapientibus, petitur exem-  
 plum. nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem  
 intelligi hic volumus: nec ij, qui sapientes habitū  
 sunt, & nominati, M. Cato, & C. Lælius, sa-  
 pientes fuerūt; nec illi quidem septem; sed ex me-  
 diorum officiorum frequentia similitudinē quan-  
 dam gerebant, speciemq̄ sapientum. Quocirca  
 nec id, quod vere honestum est, fas est cum uti-  
 lis repugnantia comparari: nec id, quod com-  
 munit̄ appellamus honestum, quodq̄ colitur ab  
 ijs, qui bonos se viros haberi volunt, cum emo-  
 lumentis vnquam est comparandum. tamq̄ id ho-  
 nestum, quod in nostram intelligentiam cadit, quod me-  
 tuendum, conseruandumq̄ est nobis, quàm id, diū Stoi-  
 ci appel-  
 lant.  
 quod proprie dicitur, vereq̄ est honestū, sapienti-  
 bus. aliter enim teneri non potest, si qua ad vir-  
 cutem

alij legūt  
 ijdē, vtrū  
 que recte

si tantū  
 vtrūq̄  
 vultus  
 vultus

quod me-  
 tuendum, conseruandumq̄ est nobis, quàm id, diū Stoi-  
 ci appel-  
 lant.

tutem est facta progressio. Sed hæc quidem de ijs, qui conseruatione officiorum existimantur boni. Qui autem omnia metiuntur emolumentis, & commodis, neque ea volunt præponderari honestate, hi solent in deliberando honestum cum eo, quod utile putant, comparare; boni viri non solent. itaque existimo Panætium, cum dixerit homines solere in hac comparatione dubitare, hoc ipsum sensisse, quod dixerit, solere modo, non etiã oportere. etenim non modo pluris putare, quod utile videatur, quàm quod honestum, sed hæc etiam inter se comparare, & in his dubitare turpissimum est. Quid est ergo, quod non nunquamquam addubitationem afferre soleat, cõsiderandumq. videatur? credo, si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo consideretur. sæpe enim tempore fit, ut, quod plerunque turpe haberi soleat, inueniatur non esse turpe. exempli causa ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod potest esse maius scelus, quàm non modo hominem, sed etiam familiarem occidere? num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit quamuis familiarem? populo quidem Romano non videtur: qui ex omnibus præclaris factis illud pulcherrimum existimat. vicit igitur utilitas honestatem: immo vero honestas utilitatem secuta est. itaque, ut sine ullo errore dijudicare possimus, si quando cum illo, quod honestum intelligitur, pugnare id videbitur, quod appellamus utile; formula

honestũ  
& utile  
inter se  
cõparare  
turpissi-  
mum.

mula



mula quædam constituenda est; quam si seque-  
 mur in comparatione rerum, ab officio nunquam  
 recedemus. erit autem hæc formula Stoicorum  
 rationi disciplinæq. maxime consentanea, quam  
 quidem in his libris propterea sequimur, quod,  
 quanquam à veteribus Academicis, & Peripa-  
 teticis nostris, qui quondam iidem erant, qui  
 Academici, quæ honesta sunt, anteponuntur ijs,  
 quæ videntur utilia, tamen splendidius hæc ab  
 eis differuntur, quibus, quidquid honestum est,  
 idem utile videtur, nec utile quidquam, quod  
 non honestum, quàm ab ijs, quibus est honestum,  
 aliquod non utile, aut utile non honestum. nobis  
 autem nostra Academia magnam licentiam dat,  
 ut, quodcunque maxime probabile occurrat, id  
 nostro iure liceat defendere. sed redeo ad formu-  
 lam. Detrahere igitur aliquid alteri, & hominẽ  
 hominis incommodo suum agere commodum,  
 magis est contra naturam, quàm mors, quàm  
 paupertas, quàm dolor, quàm cetera, quæ pos-  
 sunt aut corpori accidere, aut rebus externis. nã  
 principio tollit conuictum humanum, & societa-  
 tem. si enim sic erimus affecti, ut propter suum  
 quisque emolumentum spoliet, aut violet alterũ:  
 disrumpi necesse est eã, quæ maxime est secundũ  
 naturam, humani generis societatem. ut, si unum  
 quodque membrũ sensum hunc haberet, ut posse  
 putaret se valere, si proximi membri valetudinẽ  
 ad se traduxisset, debilitari; & interire totũ cor-

pus

sequit e-  
 nim veri  
 similia,  
 verũ esse  
 nihil af-  
 firmat.

pauper-  
 tas, & do-  
 lor cõtra  
 naturã.

pus necesse esset : sic si unusquisque nostrum rapiat  
 ad se commoda aliorum, detrahatque, quod cum-  
 que possit, emolumentum sui gratia; societas homi-  
 num, & communitas euertatur necesse est. Nam,  
 sibi ut quisque malit, quod ad usum vitæ pertineat,  
 quam alteri acquirere; concessum est non repu-  
 gnante natura, illud quidem natura non patitur,  
 ut aliorum spolijs nostras facultates, copias, opes  
 augeamus. Neque vero hoc solum natura, id est  
 iure gentium, sed & legibus populorum, quibus  
 in singulis ciuitatibus respublice continentur, eodem  
 modo constitutum est, ut non liceret sui commodi  
 causa nocere alteri. hoc enim spectant leges, hoc  
 volunt, incolumen esse ciuium coniunctionem:  
 quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis,  
 damno coercent, atque hoc multo magis exigit  
 ipsa naturæ ratio, quæ est lex diuina, & huma-  
 na: cui parere qui velit, (omnes autem parebunt  
 qui secundum naturam volent vivere) nunquam  
 committet, ut alienum appetat, & id, quod al-  
 teri detraxerit, sibi assumat. etenim multo ma-  
 gis est secundum naturam celsitas animi, & ma-  
 gnitudo, itemque comitas, iustitia, liberalitas,  
 quam voluptas, quam vita, quam diuitiæ: quæ  
 quidem contemnere, & pro nihilo ducere, com-  
 parantem cum utilitate communi, magni animi,  
 & excelsi est. detrahere autem alteri sui commo-  
 di causa, magis est contra naturam, quam mors;  
 quam dolor, quam cetera generis eiusdem: itemque  
 magis

ius gen-  
 tium non  
 discre-  
 pat à na-  
 tura.

magis est secundum naturam, pro omnibus gentibus, si fieri possit, conseruandis, aut iungendis maximos labores, molestiasq. suscipere, imitantes Herculem illum, quem hominũ fama, beneficiorum memor, in concilio cœlestium collocavit, quàm viuere in solitudine non modo sine vllis molestijs, sed etiam in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copijs, vt excellas etiam pulchritudine, & viribus. Quocirca optimo quisque splendidissimoq. ingenio longe illam vitam huic anteponeat. Ex quo efficitur, hominem naturæ obediẽtem, homini nocere nõ posse. Deinde, qui alterum violat, vt ipse aliquid cõmodi consequatur; aut nihil se existimat contra naturam facere; aut magis fugiendum censet mortẽ, paupertatem, dolorem, amissionẽ etiam liberorum, propinquorum, amicorum, quàm facere cuiquã iniuriam. si nihil existimat contra naturam fieri hominibus violandis: quid cum eo disseras, qui omnino hominem ex homine tollat? si fugiendũ id quidem censet, sed multo illa peiora, mortem; paupertatem, dolorem: errat in eo, quòd vllum aut corporis, aut fortunæ vitium, animi vitijs grauius existimat. Ergo vnum debet esse omnibus propositũ, vt eadem sit utilitas vniuscuiusque, & vniuersorum: quam si ad se quisque rapiat, dissoluetur omnis humana consociatio. atque si etiã hoc natura præscribit, vt homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam tamen, quòd

animi vitia grauiora, q̃ corporis

quod is homo sit, consultum velit: necesse est, secundum eandem naturam omnium utilitatē esse communem. quod si ita est; una continemur omnes, & eadem lege naturæ. idq. ipsum si ita est; certe violare alterum lege naturæ prohibemur. verum autem primum: verum igitur & extremum. Nam illud quidem absurdum est, quod quidam dicunt, parenti se, aut fratri nihil detracturos commodi sui causa: aliam rationem esse civium reliquorum. hi sibi nihil iuris, & nullam societatem cōmunis utilitatis causa statuūt esse cum civibus: quæ sententia omnem societate distrabit civitatis. Qui autem civium rationē dicunt esse habendam, externorum negant; hi dirimunt communem humani generis societatem: qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, iustitia funditus tollitur. quæ qui tollunt, etiam adversus deos immortales impij iudicandi sunt. ab ijs enim cōstitutam inter homines societatem evertunt: cuius societatis artissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi causa, quàm omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, quæ vacent iustitia. hæc enim virtus omnium est domina, & regina virtutum. Forsitan quispiam dixerit: non ne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, abstulerit cibum alteri homini, ad nullam rem utili? Minime vero. nō enim mihi est vita mea utilior, quàm animi

Societas  
inter ho-  
mines à  
dijs con-  
stitutā.

Iustitia  
virtutū  
omnium  
regina.

animi talis affectio, neminem ut uiolem commo-  
 di mei gratia. Quid? Phalarim, crudelem  
 tyrannum, & immanem, vir bonus, ne ipse fri-  
 gore conficiatur, uestitu spoliare possit, non ne fa-  
 ciat? Hæc adiudicandum sunt facillima. nam si  
 quid ab homine ad nullam partem utili utilitatis  
 tuæ causa detraxeris, inhumane feceris, cōtraq;  
 naturæ legem. Sin autem is tu sis, qui multam  
 utilitatem reip. atque hominum societati, si in ui-  
 ta remaneas, afferre possis; si quid ob eam caus-  
 sam alteri detraxeris, non sit reprehendendum.  
 Sin autem id non sit eiusmodi; suum cuique incom-  
 modum ferendum est potius, quàm de alterius  
 commodis subtrahendum, Non igitur magis est  
 contra naturam morbus, aut egestas, aut quid  
 eiusmodi, quàm detractio, atque appetitio alie-  
 ni. sed communis utilitatis derelictio contra natu-  
 ram est: est enim iniusta: itaque lex ipsa natu-  
 ræ, quæ utilitatem hominum conseruat, & conti-  
 net, decernit profecto, ut ab homine inerti, atque  
 inutili ad sapientem, bonum, fortemq; virum  
 transferuntur res ad uiuendum necessaria; qui si  
 occiderit, multum de communi utilitate detraxe-  
 rit: modo hoc ita faciat, ut ne, ipse de se bene exi-  
 stimans, seseq; diligens, banc causam habeat ad  
 iniuriam. itaque semper officio fungatur, utilita-  
 ti consulens hominum, & ei, quam sæpe comme-  
 moro, humanæ societati. Nam quod ad Phala-  
 rim attinet, per facile iudicium est, nulla est enim

comunis  
 utilitas  
 priuatæ  
 antepo-  
 nenda:

commu-  
 nis utili-  
 tatis de-  
 relictio  
 contra na-  
 turam.

quæ le-  
 uissima  
 est: gra-  
 uior au-  
 tem ratio  
 societa-  
 tis huma-  
 næ.

K Societas

tyrannū  
necare,  
honestū  
est.

qui ex Pe-  
ripateti-  
corū sen-  
tētia non  
putat, ut  
Stoici so-  
lū hone-  
stum.

societas nobis cum tyrānis, sed potius summa di-  
stractio: neque est contra naturam spoliare eum,  
si possis, quem honestum est necare, atque hoc o-  
mne genus pestiferum, atque impium ex hominū  
cōmunitate exterminandum est. etenim, ut mem-  
bra quaedam amputantur, si & ipsa sanguine, &  
tanquam spirito carere ceperunt, & nocent re-  
liquis partibus corporis: sic ista in figura hominis  
feritas, & immunitas belluæ a cōmuni tanquā  
humanitate corporis segregāda est. huius generis  
quæstiones sunt omnes eæ, in quibus ex tempore  
officiū exquiritur. Eiusmodi igitur credo res  
Panætium persecuturum fuisse, nisi aliquis ca-  
sus, aut occupatio consilium eius præuenisset. ad  
quas ipsas consultationes ex superioribus libris  
satis multa præcepta sunt, quibus perspici possit,  
quid sit propter turpitudinem fugiendum; quid  
sit id, quod iccirco fugiendum non sit, quia om-  
nino turpe non est. Sed quoniam operi inchoato,  
prope tamen absoluto, tanquam fastigium impo-  
nimus, ut geometræ solent non omnia docere,  
sed postulare, ut quaedam sibi concedantur, quo  
facilius, quæ uelint, explicent: sic ego a te postu-  
lo, mi Cicero, ut mihi concedas, si potes, nihil  
præter id, quod honestum sit, esse propter se ex-  
petendum. sin hoc non licet propter Cratippum:  
at illud certe dabis, quod honestum sit, id esse  
maxime propter se expetendum. mihi utrumuis  
satis est; & cum hoc, tum illud probabilius uide-  
tur,

tur,

tur, nec præterea quidquam probabile. Ac primum Panætius in hoc loco defendendus est, quòd non utilia cum honestis pugnare dixerit aliquando posse, (neque enim ei fas erat) sed ea, quæ viderentur utilia, nihil vero utile, quod non idem honestum; nec honestum, quod non idem utile sit, sæpe testatur: negatq; ullam pestem maiorem in vitam hominũ inuasisse, quàm eorum opinionem, qui ista distraxerint. itaque, nõ ut aliquando anteponeremus utilia honestis, sed ut ea sine errore dijudicaremus, si quando incidissent, induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Arte nostro, neque enim quidquam de hac parte post Panætium explicatũ est, quod mihi probaretur, de ijs, quæ in manus meas venerunt. Cum igitur aliqua species utilitatis obiecta est, nos commoueri necesse est, sed si, cum animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam ei rei, quæ speciem utilitatis attulerit: tunc utilitas non requirenda est; sed intelligendum, ubi turpitudò sit, ibi utilitatem esse non posse. quòd si nihil est tam contrarium naturam, quàm turpitudò;) recta enim, & convenientia, & constantia natura desiderat, aspernaturq; contraria) nihilq; tam secundum naturã, quàm utilitas: certe in eadem re utili turpitudò esse non potest. itemque, si ad honestatem nati sumus, eaq; aut sola expetenda est,) ut Zenoni

propter se expetendum, sed maxime propter se, non tamen solũ

vbi turpitudò, ibi utilitas esse nõ potest.

est visum) aut certe omni pondere grauior est ha-  
 benda quàm reliqua omnia; quod Aristoteli pla-  
 cet: necesse est, quod honestum sit, id esse, aut so-  
 lum, aut summum bonum; quod autem bonum;  
 Stoicis, id certe utile; itaque, quidquid honestum, id uti-  
 summum le. quare error hominum non proborum cum ali-  
 vt Aristoteli pla- quid, quod utile visum est, arripuit, id continuo se-  
 cet. cernit ab honesto. hinc sicca, hinc uenena, hinc fal-  
 sa testamenta nascuntur, hinc furti, hinc pecula-  
 tus, expilationes, direptionesq; sociorum, et ciuium  
 hinc opum nimiarum potentie non ferenda: postre-  
 mo etiam in liberis ciuitatibus existunt regnan-  
 di cupiditates: quibus nihil nec tetrius, nec fœ-  
 retrum opo- dius excogitari potest. emolumenta enim rerum  
 nitur cla- fallacibus iudicijs vident, pœnam, non dico legum,  
 ro, fœdum pulchro. quas sæpe percurrunt, sed ipsius turpitudinis,  
 quæ acerbissima est, non vident. Quamobrem  
 hoc quidem deliberantium genus pellatur e me-  
 dio, (est enim totum sceleratum, & impium)  
 qui deliberant, utrum id sequantur, quod hone-  
 stum esse videant, an se scientes scelere contami-  
 nent. in ipsa enim dubitatione facinus inest, etiã  
 turpis e- si ad id non peruenerint. ergo ea deliberanda om-  
 nino non sunt, in quibus est turpis ipsa delibera-  
 tiam quã doque de liberatio. tio. Atque etiam in omni deliberatione, celan-  
 di, & occultandi spes, opinioq; remouenda est.  
 delictise- satis enim nobis (si modo in philosophia aliquid  
 tiam oc- profecimus) persuasum esse debet, si omnes deos,  
 cultis ab- hominesq; celare possimus, nihil tamen auare,  
 stinendũ nihil



nihil iniuste, nihil libidinoſe, nihil continenter eſſe faciendum. hinc ille Gyges inducitur a Platone: qui, cum terra diſceſſiſſet magnis quibusdam imbribus, in illum hiatus descendit, & neumq̄ equum, ut ferunt fabulæ, animaduertit, cuius in lateribus fores eſſent: quibus apertis, hominis mortui uidit corpus magnitudine inuſitata vnulumq̄ aureum in digito: quem ut detraxit, ipſe induit. erat autem regius paſtor. tum in concilium paſtorum ſe recepit. ibi cum palam eius anuli ad palmam conuerterat, a nullo uidebatur, ipſe autem omnia uidebat: idem ruiſus uidebatur, cum in lucem anulum inuerterat. itaque hac oportunitate anuli uſus, reginæ ſuprum intulit; eaq̄; adiutrice regem dominum interemit, ſuſtulitq̄ quos obſtare arbitrabatur: nec in his quiſquam eum facinoribus potuit uidere. ſic repente anuli beneficio rex ortus eſt Lydia. Hunc igitur ipſum anulum ſi habeat ſapiens, nihil plus ſibi licere putet peccare, quam ſi non haberet. honeſta enim bonis uiris, non occulta, queruntur. Atque hoc loco philoſophi quidam, minimè mali illi quidem, ſed non ſatis acuti, fictam, & commenticiam fabulam dicunt prolatã a Platone. quaſi uero ille aut factum id eſſe. aut aeri potuiſſe defendat. Hec eſt uis huius anuli, & huius exempli, ſi nemo ſciturus, nemo ne ſuſpicaturus quidem ſit, cum aliquid diuitiarum, potentia, dominationis, libidinis cauſſa feceris, ſi id dijs, ho-

vacuum  
illud in  
anulo,  
quo gem  
ma inclu  
ditur.

nihil enī  
dijs, & ho-  
minibus  
ignotum  
semper  
esse pōt.

in confu-  
latu.  
vnum re-  
gē expu-  
lit Bru-  
tus, sed  
in poste-  
rum om-  
nem su-  
stulit re-  
gnādi cō-  
suetudi-  
nem.  
vtpote ci-  
ui patriæ  
studiofo.

minibusq; futurum sit semper ignotum, sis ne fa-  
cturus negant id fieri posse. quanquam non potest  
id quidem: sed quæro, quod negant posse. id si pos-  
set, quidnā facerent? urgent rustice sane; negant  
enim posse, et in eo perstant: hoc uerbum quid ua-  
leat, nō uident. cum enim quærimus, si possint cæ-  
lare, quia facturi sint; non quærimus, possint ne cæ-  
lare, sed tanquam tormenta quædam adhibemus  
ut, si responderint, se impunitate proposita, factu-  
ros, quod expediat, facinorosos se esse fateantur;  
si negāt, omnia turpia per se ipsa fugienda esse cō-  
cedat. sed iam ad propositum reuertamur. Inci-  
dūt sæpe multæ causse, quæ conturbant animos  
utilitatis specie, non, cum hoc deliberetur, relin-  
quenda ne sit honestas propter utilitatis magnitu-  
dinem, (nam id quidem improbum est) sed illud,  
possit ne id, quod, utile videatur, fieri nō turpiter,  
Cū Collatino Tarquinio collegæ Brutus imperiū  
abrogabat, poterat uideri facere id iniuste: fuerat  
enim in regibus expellendis socius Bruti, consilio  
rum etiam adiutor. cum autem consiliū hoc prin-  
cipes cepissent, cognationē Superbi, nomēq. Tar-  
quiniū, & memoriam regni esse tollendam;  
quod erat utile patriæ consulere, id erat ita hone-  
stum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. ita  
que utilitas ualuit propter honestatem: sine qua  
nec utilitas quidē esse potuisset. At in eo rege, q  
urbem condidit, non ita. species enim utilitatis  
animum pepulit eius: cui cum uisum esset utilius,

solūm

solum se, quàm cum altero, regnare, fratrem interemit. omisit hic & pietatem, & humanitatem, ut id, quod utile videbatur, neque erat: assequi posset. & tamen muri causam opposuit speciem honestatis, nec probabilem, nec satis idoneam. peccavit igitur, pace uel Quirini, uel Romuli dixerim. Nec tamen nostræ nobis utilitates omit- tendæ sunt, alysque tradendæ, cum his ipsi egeamus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruiendum est. scite Chrysippus, ut multa; Qui stadium, inquit, currit, eniti, & contendere debet, quàm maxime possit, ut vincat; supplantare eum, quicum certet, aut manu depellere nullo modo debet. sic in vita sibi quenque petere, quod pertineat ad usum, non iniquum est; alteri surripere, ius non est. Maxime autem perturbantur officia in amicitijs: quibus & non tribuere, quod recte possis, & tribuere, quod non sit æquum, contra officium est. sed huius generis totius breue, & non difficile præceptum est. quæ enim uidentur utilia, honores, diuitiæ, voluptates, & cetera generis eiusdem, hæc amicitia nunquam anteponenda sunt. at neque contra remp. neque contra iusiurandum, ac fidem; amici sui causa uir bonus faciet; nec si iudex quidem erit de ipso amico. ponit enim personam amici, cum induit iudicis. tantum dabit amicitia, ut veram amici causam esse malit, ut perorandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet. cum

legem enim Romulus tulerat, ne quis moenia transiret.

perturbantur officia in amicitijs.

ponit amici personam, qui iudicis induit.

mēre hu-  
mana  
nihil di-  
uinius.

par ami-  
corum,  
quos ce-  
lebrauit  
antiqui-  
tas. lib. 1.  
& 2. de  
Fin. Va-  
lerius  
Max. lib.  
4. cap. 7.  
Hygini<sup>9</sup>  
cap. 25 7.

religio,  
& fides  
antepon-  
antur a-  
micitiae.

uero iurato dicenda sententia sit, meminerit deum  
se adhibere testem, id est, ut ego arbitror, men-  
tem suam, qua nihil homini dedit ipse deus diui-  
nius. itaque praclarum a maioribus accepimus  
morem rogandi iudicis, si eum teneremus, Quae  
salua fide facere possit. haec rogatio ad ea  
pertinet, quae paullo ante dixi honeste amico a iu-  
dice posse concedi. nam si omnia facienda sint, quae  
amici uelint; non amicitiae tales, sed coniurationes  
putandae sunt. loquor autem de communibus ami-  
citijs, nam in sapientibus uiris atque perfectis  
nihil potest esse tale. Damonem, & Pythiam,  
Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse,  
ut, cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem  
necis destinauisset, & is, qui morti addictus  
esset, paucos sibi dies commendandorum suo-  
rum causa postulauisset, uas factus sit alter e-  
ius sistendi; ut, si ille non reuertisset ad diem  
moriendum esset sibi ipsi. qui cum ad diem se rece-  
pisset; admiratus eorum fidem tyrannus, peti-  
uit, ut se in amicitiam tertium adscriberent. Cum  
igitur id, quod utile videtur in amicitia, cum eo,  
quod honestum est, comparatur: iaceat utilitatis  
species, ualeat honestas. cum autem in amicitia,  
quae honesta non sunt, postulabuntur: religio, &  
fides anteponantur amicitiae: & sic habebitur is,  
quem exquirimus, delectus officij. Sed utilitatis  
specie in rep. saepissime peccatur, ut in Corinthi  
disturbatione nostri, durius etiam Athenien-  
ses,

ses, qui sciuerunt, ut Aeginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur. hoc visum est utile. nimis enim imminebat propter propinquitatem Aegina Pireæo. Sed nihil, quod crudele, utile. Est enim hominū naturæ, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas. Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohibent, eoque exterminant, ut Petronius apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere; quam tulerunt legem sapientissimi consules, Crassus, & Scævola: usu uero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanius est. Illa præclara, in quibus publicæ utilitatis species præ honestate contemnitur, plena exemplorum est nostræ respublicæ. cum sæpe alias, tum maxime bello Punico secundo; quæ, Cannensi calamitate accepta, maiores animos habuit, quàm unquam rebus secundis: nulla fuit timoris significatio, nulla mentio pacis. tanta uis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. Athenienses cum Persarum impetum nullo modo possent sustinere, statuerentque, ut, urbe relicta, coniugibus, & liberis Træxene depositis, naues conscenderent, libertatemque Græciæ classe defenderent, Cyrsilum quendam suadentem, ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. atque ille sequi utilitatem uidebatur; sed ea nulla erat repugnante honestate. Themistocles post uictoriam eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in cō-

leges Petronia & Papiæ de ciuitate exterminandis.

Themistocle sua dente.

cione,

Demosthenes in oratione de corona.

vide Plutarchū in vita Pompeij.

libenter utitur exemplis: quia rem illustrat, ubi rō paulo vī obscurior.

cione se habere consilium reip. salutare, sed id sciri opus non esse: postulavit, ut aliquem populus daret, quicum communicaret. datus est Aristides. huic ille classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse. quo facto frangi Lacedæmoniorum opes necesse esset. quod Aristides cum audiisset, in concionē magna exspectatione venit, dixitq; perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putarunt, totamq; eam rem, quam ne audiuerant quidem, auctore Aristide repudiarunt. Melius hi, quam nos, qui piratas immunes, socios vectigales habemus. Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile, ne tum quidem, cum id, quod esse utile putas, adipiscare. hoc enim ipsum utile putare, quod turpe sit, calamitosum est. Sed incidit, ut supra dixi, sæpe causæ, cum repugnare utilitas honestati videatur: ut animaduertendum sit, repugnet ne plane, an possit cum honestate coniungi. eius generis hæ sunt quæstiones. si, exempli gratia, vir bonus, ab Alexandria profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit in Rhodiorum inopia, & fame, summaq; annonæ caritate; si idem sciat complures mercatores ab Alexandria soluisse, nauesq. in cursu frumento onustas petentes Rhodum viderit, dicturus ne sit id Rhodijs, an silētio suum quamplurimum venditurus.

diturus. sapientem, & bonū virum fingimus: de eius deliberatione, & cōsultatione querimus, qui calaturus Rhodios non sit, si id turpe iudicet; sed dubitet, an turpe nō sit. In huiusmodi causis aliud Diogeni Babylonio videri solet, magno, & graui Stoico; aliud Antipatro, discipulo eius, homini acutissimo; Antipatro, omnia patefaciēda, vt ne quid omnino, quod vēditor norit, emptor ignoret, Diogeni, venditorē, quatenus iure civili cōstitutum sit, dicere vitia oportere, cetera sine insidijs agere, & quoniā vendat, velle quā optime vendere. aduexi, exposui; vendo meū non pluris, Quam ceteri; fortasse etiam minoris, cum maior est copia: cui fit iniuria? Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. Quid agis? tute, cum hominibus cōsulere debeas, & seruire humanæ societati; è aq. lege natus sis, vt ea habeas principia naturæ, quibus parere, & quæ semper sequi debeas; vt utilitas tua, cōmunis utilitas sit; vicissim, et æque cōmunis utilitas, tua sit: calabis homines, quid ijs adsit & cōmoditatis, & copię? Respōdebit Diogenes fortasse sic. Aliud calare, aliud est tacere. neq; ego nūc te cælo, si tibi nō dico quæ natura deorū sit, quis sit finis honorū: quæ tibi plus prodesent cognita, quàm tritici vilitas: sed nō, quidquid tibi audire vtile est, id mihi dicere necesse est. Immo vero, inquit ille, necesse est. siquidē inter homines natura meministi cōiunctā societate. Memini inquit ille: sed nūc ista societas talis est, ut nihil suū

quod nō ita late patet, vt ius gentiū, id est naturæ.

naturæ principia sequi debemus.

cuius-

hec erat  
Antipa-  
tri opi-  
nio.

ex quo  
vers<sup>o</sup> En-  
nij lib. I.

dicta nō  
oīa præ-  
standa.

cuiusque sit? quod si ita est, nec vendendum quidē  
quidquam est, sed dondū. Vides in hac tota di-  
sceptatione non illud dici: quamuis hoc turpe sit,  
tamen, quoniam expediāt, faciam: sed ita expedi-  
re, ut turpe non sit: ex altera autem parte, ea re,  
quia turpe sit, non esse faciendum. Vendat ædes  
vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipse norit, ce-  
teri ignorent: pestilentes sint, & habeantur salu-  
bres: ignorctur, in omnibus cubilibus apparere  
serpentes: male materiata, ruinosæ: sed hoc præ-  
ter dominum nemo sciat: quæro, si hoc emptori-  
bus venditor non dixerit, ædesq; vendiderit plu-  
ris multo, quàm se venditurum putarit: num id  
iuste, an improbe fecerit? ille vero, inquit Anti-  
pater, improbe facit. Quid enim est aliud, errati-  
viam non monstrare, quod Athenis execrationi-  
bus publicis sancitum est, si hoc non est, emptorē  
pati ruere, & per errorem in maximam fraudē  
incurrere? plus etiam est, quàm viam non mon-  
strare. nam est scientem in errorem alterum indu-  
cere. Diogenes contra: Num te emere coegit,  
qui ne hortatus quidem est ille, quod non place-  
bat, proscripsit: tu, quod placebat, emisti. Quod  
si, qui proscribunt villam bonam, ut ipsi asserūt,  
beneq; ædificatā, non existimantur fefellisse, etiā  
si illa nec bona est, nec ædificata ratione: multo  
minus, qui domū non laudarūt. ubi enim iudiciū  
emptoris est, ibi fraus venditoris quæ potest esse?  
sin autem dictum non omne præstandū est; quod

dictum



dictum non est, id præstandum putas? quid vero est stultius, quam venditorem eius rei, quæ vendat, vitia narrare? quid autem tam absurdum, quam si domini iussu ita præco prædicet, domum pestilentem vendo? Sic ergo in quibusdam causis dubijs, ex altera parte defenditur honestas: ex altera ita de utilitate dicitur, ut id, quod utile videatur, non modo honestum facere sit, sed etiam, non facere, turpe. hæc est illa, quæ videtur utilium fieri cum honestis sæpe, dissensio. quæ dijudicanda sunt: non enim, ut quæreremus, exposuimus, sed ut explicaremus. Nō igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse. neque enim id est celare. quidquid reticeas: sed cum, quod tu scias, id ignorare emolumentum tui causa velis eos, quorum intersit id scire. hoc autem celandi genus quale sit, & cuius hominis, quis non videt? certe non aperti, non simplicis est, non ingenui, non iusti, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, ueteratoris, uasri. hæc tot, et alia plura nō ne inutile est uitiorum subire nomina? Quod si vituperandi sunt, qui reticuerunt: quid de ijs existimandum est, qui orationis uanitatem adhibuerunt? C. Canius, eques R. homo nec infacetus, & satis litteratus, cum se Syracusas otia di causa, non negotiandi, ut ipse dicere solebat, contulisset, dicebat se hortulos aliquos uelle emere, quò inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus

solū honestū, ut Stoici Cicerone sequitur. sentit igitur cum Antipatro.

nomen à bestijs accepertunt multæ familiæ, ut Canii, Ouij, Gallij, Porcij, Afri.

toribus

cōmentū  
simile de  
Egestæis  
Siciliæ  
populis,  
Atheniē-  
ses ad bel-  
lum Sy-  
racusanū  
hortanti-  
bus, nar-  
rat Thu-  
cydiles li.  
6. argen-  
tū enim  
non solū,  
sed à fini-  
timis po-  
pulis cō-  
modato  
acceptū,  
olētā rūt

in p̄tura,  
qđ indi-  
cat oīo  
p̄ Cluen

toribus posset. quod cum percrebuisset, Pythius ei  
qui argentaria faceret Syracusis, dixit,  
venales quidē se hortos non habere, sed licere uti  
Canio, si vellet, ut suis: et simul ad cenā inuitavit  
in posterū diem. cum ille promisisset, tū Pythius,  
ut argētarins, qui esset apud omnes ordines gra-  
tiosus, piscatores ad se conuocauit, & ab ijs peti-  
uit, ut ante suos hortulos postera die piscarentur;  
dixitq., quid eos facere vellet. ad cenam tempore  
venit Canius. opipare paratū erat conuiuū, cym-  
barū ante oculos multitudo. pro se quisque, quod  
ceperat, afferebat. ante pedes Pythij pisces abij-  
ciebantur. tū Canius, quæso, inquit, quid est ò Py-  
thi, tantum ne pisciū? tantū ne cymbarum? & il-  
le, quid mirū? inquit: hoc loco est, Syracusis quid  
quid est piscium: hic aquatio: hac villa isti carere  
nō possunt. incensus Canius cupiditate, contendit  
à Pythio, ut uēderet. grauante ille primo. quid mul-  
ta? impetrat: emit homo cupidus, & locuples tan-  
ti, quanti Pythius uoluit, & emit instructos: nomi-  
na facit: negotiū conficit. inuitat Canius postera  
die familiares suos: venit ipse mature: scalmū nul-  
lū videt: quærit ex proximo vicino, nū seriae quæ-  
dam piscatorū essent, quod eos nullos videret. nul-  
læ, quod scia, inquit ille: sed hic piscari nulli solēt:  
itaq. heri mirabar, quid accidisset. stomachari Ca-  
nius: sed quid faceret? non dum enim Aquillius,  
collega, et familiaris meus, protulerat de dolo ma-  
lo formulas. in quibus ipsis, cū ex eo quæreretur,  
quid

quid esset dolus malus; respondebat, cū esset aliud simulatū, aliud actū. hoc quidem sane luculenter, ut ab homine perito definiendi. ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulātes, perfidi, improbi, malitiosi sunt. nullum igitur factum eorum potest utile esse, cum sit tot vitijs inquinatū. quòd si Aquilliana definitio vera est: ex omni vitā simulatio, dissimulatioq. tollēda est. ita nec, ut emat melius, nec, ut uendat, quisquam simulabit, aut dissimulabit uir bonus. atque iste dolus malus etiā legibus erat vindicatus, ut tutela XII. tab. & circumscriptio adolescentiū lege Plætoris, & sine lege, iudicijs, in quibus, Ex fide bona, additur. reliquorum autem iudiciorū hæc verba maxime excellunt, in arbitrio rei uxoriæ, Melius, æquius: in fiducia, Ut inter bonos bene agier. quid ergo? aut in eo, quod melius, æquius est, potest vlla pars inesse fraudis: aut, cum dicitur, Inter bonos bene agier, quidquam agi dolose, aut malitiose potest? dolus autem malus simulatione, & dissimulatione, ut ait Aquilius, continetur. tollendum est igitur in rebus contrahendis omne mendaciū. non licitatorē venditor, nec, qui contra se liceatur, emptor opponet: vterque, si ad eloquendū venerit, nō plus, quā semel, eloquetur. Q. quidem Scæuola, P. filius, cū postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur, idq. vēditor ita fecisset, dixit se pluris estimare, addidit centū millia. nemo est, qui hoc viri bo-

tio. sic &  
in Topi-  
cis eū ap-  
pellauit.

perfidia,  
improbi-  
tate, ma-  
litia.

vir bon<sup>o</sup>  
neq; simu-  
lat, neq;  
dissimu-  
lat.

tollendū  
in reb. cō-  
trahēdis  
oē men-  
daciū.

æstimare  
tur.

cū re ve-  
ra distin-  
gui & dif-  
iungi nō  
possint.  
omnes e-  
nim sa-  
piētes bo-  
ni sunt.

Scæuola.

malim le-  
gere, cer-  
te istum.

ni fuisse neget: sapientis negant: ut si minoris,  
quàm potuisset, vendidisset. Hæc igitur est illa  
perniciēs, quòd alios bonos, alios sapientes exi-  
stimant: ex quo Ennius: Ne quidquam sapere sa-  
pientem, qui sibi ipsi prodesse nequiret. vere id  
quidem, si, quid esset prodesse, mihi cum Ennio  
conueniret. Hecatonem quidem Rhodium, di-  
scipulum Panætij, video in ijs libris, quos de of-  
ficijs scripsit Q. Tuberoni, dicere, sapientis esse,  
nihil contra mores, leges, instituta facientem, ha-  
bere rationem rei familiaris: neque enim solum  
nobis diuites esse volumus, sed liberis, propin-  
quis, amicis, maximeq. recip. singulorum enim  
facultates, & copia, diuitiæ sunt ciuitatis. Huic  
Scæuolæ factum, de quo paullo ante dixi, place-  
re nullo modo potest. etenim omnino se negat fa-  
cturum compendij sui causa, quod non liceat.  
Huic nec laus magna tribuenda est, nec gratia.  
Sed siue & simulatio, & dissimulatio domus  
malus est; perpaucæ res sunt, in quibus dolus iste  
malus nō versetur: siue vir bonus est is, qui pro-  
dest, quibus potest, nocet nemini; recte iustum  
virum bonum non facile reperiemus. Nunquam  
igitur est utile peccare, quia semper est turpe:  
& quia semper est honestum, virum bonum es-  
se, semper est utile. Ac de iure quidem præ-  
diorum sancitum est apud nos iure ciuili, ut in  
his vendendis vitia etiam dicerentur, quæ no-  
ta essent venditori. Nam, cum ex duodecim ta-  
bulis

bulis satis esse cautum, ea præstari, quæ essent lingua nuncupata; quæ quod inficiatus esset, dupli pœnam subiret: a iurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. quidquid enim inest prædio vitij, id, statuerunt, si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. ut, cum in arce augurium augures acturi essent, iussissentque T. Claudium Centimalum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri eas, quarum altitudo officeret auspicijs: Claudius proscripsit, insulam vendidit: emit P. Calpurnius Lanarius. huic ab auguribus illud idem denuntiatum est. itaque Calpurnius, cum demolitus esset, cognouissetque Claudium ædes postea proscripsisse, quæ esset ab auguribus demoliri iussus, arbitrum illum adegit: Quid sibi de ea re facere oporteret ex fide bona. M. Cato sententiam dixit, huius nostri Catonis pater. ut enim cæteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. is igitur iudex ita pronuntiavit: cū in uenundando rem eam scisset, et nō pronuntiasset, emptori damnum præstari oportere. igitur ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emptori vitium, quod nosset venditor. quod si recte dijudicauit; nō recte frumentarius ille, non recte ædium pestilentium uenditor tacuit. Sed huiusmodi reticentiæ iure ciuili omnes cōprehendi nō possunt; quæ autem possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus, propinquus noster, C. Ser-

lib. 1: de  
oratore.

vide Fe-  
stū in ver-  
bo Arca-  
ni, & in  
Augura-  
culum.  
quise Vii-  
ce suama-  
nu occi-  
derat, ne  
setuientē  
patriam  
aspiceret

L      gio

Plin. lib. 9. c. 57. Valer. li. 9. cap. 1. omnium concessu principes i eloque tia. vide in lib. de claris or.

Plin. lib. 9. c. 57. Valer. li. 9. cap. 1. omnium concessu principes i eloque tia. vide in lib. de claris or.

Philo-  
 phi plus  
 ad boni-  
 tate affe-  
 runt, duā  
 leges.

gio Orate vendiderat aedes eas, quas ab eodem ipse paucis ante annis emerat. haec Sergio seruiebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. ad ducta res in iudicium est. Oratam Crassus, Grati dianum defendebat Antonius. ius Crassus urgebat; quod vitium venditor non dixisset, sciens, id oportere prestari: equitate Antonius; quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas aedes vendidisset, nihil fuisse necesse dici; nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo iure esset, tene- ret. quorsum haec? ut illud intelligas, non placuisse maioribus nostris astus. sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias: leges, quatenus manu tenere res possunt: philosophi, quatenus ratione, & intelligentia. Ratio igitur hoc postulat, ne quid insidiosae, ne quid simulate, ne quid fallaciter. Sunt ne igitur insidiae, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agitaturus? ipsae enim ferae, nullo insequente, saepe incidunt. sic, tu cum aedes proscribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas, in eam aliquis incurrat imprudens: hoc quamquam video propter deprauationem consuetudinis neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut iure civili; naturae tamen lege sancitum est. societas enim est, (quod etsi saepe dictum est, dicendum tamen est saepius) latissime quidem quae pateat, hominum inter homines; interior eorum, qui eiusdem gentis sunt; propior eorum, qui eiusdem ciuitatis. itaque

itaque maiores aliud ius gentium, aliud ius civile esse voluerunt. quod enim civile, non ~~id~~ continuo gentium; quod autem gentium, idem civile esse debet. sed nos veri iuris, germanæq; iustitiæ solidam, & expressam effigiem nullam tenemus; umbra, & imaginibus utimur: easq; ipsas utinam sequeremur. feruntur enim ex optimis naturæ principijs, & veritatis exemplis. nam quanti uerba illa? Vti ne propter te, fidem ue tuam captus, fraudatusue sim. quàm illa aurea? Vt inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione. sed, qui sint boni & quid sit bene agier, magna quæstio est. Quintus quidem Scæuola Pont. Max. summam uim esse dicebat in omnibus ijs arbitrijs, in quibus adheretur, Ex fide bona: fideiq; bonæ nomen existimabat manare latissime, idq; uersari in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, uenditis, conductis, locatis? quibus vitæ societas continetur: in his magni esse iudicis statuere, præsertim cum in plerisque essent iudicia contraria, quid quenque cuique præstare oporteret. Quo circa astutiæ tollendæ sunt, eaq; malitia, quæ uult quidem uideri se esse prudentiam, sed abest ab ea, distatq; plurimum. prudentia est enim locata in delectu bonorum, & malorum; malitia, si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt, mala bonis anteponit. Nec uero in prædijs solum ius civile, ductum a natu-

ius ciuile patet  
tius quã  
ius gentium.

fidei bonæ nomē  
latissime  
manat.

in vendi-  
tione fra-  
us exclu-  
ditur.

nulla per-  
nicies vi-  
tæ maior  
quàm in  
malitia  
simula-  
tio intel-  
ligentiæ.

Crassum  
diuitijs,  
Horten-  
sium elo-  
quentia.

ra malitiam, fraudemq. uindicat: sed et in man-  
cipiorum venditione venditorum fraus omnis ex-  
cluditur. qui enim scire debuit de sanitate, de fu-  
ga, de furtis, præstat edicto ædilium. heredum  
alia causa est. Ex quo intelligitur, quoniã iuris  
natura fons sit, hoc secundum naturam esse, ne-  
minem id agere, ut ex alterius prædetur inscitia.  
nec ulla pernicies vitæ maior inueniri potest,  
quàm in malitia simulatio intelligentiæ. ex quo  
illa innumerabilia nascuntur: ut utilia cum hone-  
stis pugnare uideantur. quotus enim quisque re-  
perietur, qui, impunitate, & ignoratione om-  
nium proposita, abstinere possit iniuria? pericli-  
temur, si placet, in ijs quidem exemplis, in qui-  
bus peccari vulgus hominum fortasse non putat.  
neque enim de sicarijs, veneficis, testamentarijs,  
furibus, peculatoribus hoc loco discernendum est;  
qui non uerbis sunt, & disputatione philosopho-  
rum, sed vinculis, et carcere castigandi: sed hæc  
consideremus, quæ faciunt ij, qui habentur boni.  
L. Minutij Basilij, locupletis hominis, falsum te-  
stamentum quidam te Græcia Romã attulerunt.  
quod quo facilius obtinerent, scripserunt heredes  
secum M. Crassum, & Q. Hortensium, homi-  
nes eiusdem ciuitatis potentissimos. qui, cum il-  
lud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius  
esset consciij culpæ, alieni facinoris munusculum  
non repudiauerunt. quid ergo? satin hoc est, ut  
non deliquisse uideantur? mihi quidẽ non uidetur

quan-



quanquam alterum amari viuum, alterum non  
 odi mortuum. sed cum *Basilus M. Satirium*, so-  
 roris filium, nomen suum ferre voluisset, eumq;  
 fecisset heredem: hunc dico patronum agri *Pice-  
 ni, & Sabini*: (o turpem notam temporum il-  
 lorum) non erat æquum, principes ciuitatis rem  
 habere, ad *Satirium* nihil præter nomen perueni-  
 re. etenim si is, qui non defendit iniuriam, neque  
 propulsat a suis, cum potest, iniuste facit, ut in  
 primo libro disserui: qualis habendus est is, qui  
 non modo non repellit, sed etiam adiuuat iniu-  
 riam? mihi quidem etiam veræ hereditates non  
 honestæ videntur, si sint malitiosis blanditis of-  
 ficiorum, non veritate, sed simulatione quæsitæ.  
 At qui in talibus rebus aliud utile interdum, aliud  
 honestum videri solet: falso: nam eadem utilita-  
 tis, quæ honestatis, est regula. qui hoc non præ-  
 uiderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum faci-  
 nus. sic enim cogitans; est istud quidem honestum;  
 uerum hoc expedit; res a natura copulatas au-  
 debit errore diuellere: qui fons est fraudum, ma-  
 leficiorum; scelerum omnium. itaque si vir bo-  
 nus habeat hanc vim, ut, si digitis concrepauerit,  
 possit in locupletium testamenta nomen eius irre-  
 pere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem  
 habeat, id omnino neminem unquam suspicatu-  
 rum. at si dares hanc vim *M. Crasso*, ut digito-  
 rum percussione heres posset scriptus esse, quæ re uera  
 non esset heres; in foro, mihi crede, saltaret, ho-

*Horten-  
 sium*, cu-  
 ius mor-  
 tem de-  
 plorat in  
 libri pro  
 æmio, quæ  
 inscribi-  
 tur *Bru-  
 tus*.

testamen-  
 to legata  
 cum illa  
 proxime  
 nomina-  
 ta, vera  
 fuerit.

præ gau-  
 dio, utpo-  
 te qui su-  
 mum bo-

num non  
in hone-  
sto, sed in  
diuitiis,  
opibusq.  
poneret.

vir bonus  
qualis es-  
se debeat

bonitas  
etiã apud  
rusticos  
laudẽ ha-  
bet.

mo autem iustus, & is, quem sentimus virum  
bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, de-  
trahet. hoc qui admiratur, is se, quis sit vir bo-  
nus, nescire fatetur. At vero, quis voluerit  
anni sui complicatam notionem euoluere, iam  
se ipse doceat, eum virum bonum esse, qui profit,  
quibus possit; noceat nemini, nisi lacesitus iniu-  
ria. quid ergo? hic non noceat, qui quodam quasi  
veneno perficiat, ut veros heredes moueat, in  
eorum locum ipse succedat? Non ergo faciat, di-  
xerit quis, quod utile sit, quodq; expediat? Im-  
mo intelligat, nihil nec expedire, nec utile esse,  
quod sit iniustum. hoc qui non didicerit, bonus  
esse non poterit. Fimbriam consularem, audie-  
bam de patre nostro puer, iudicem M. Lutatio  
Pythiæ fuisse, equiti R. sane honesto, cum is spon-  
sionem fecisset, Ni bonus vir esset: itaque ei  
dixisse Fimbriam, se illam rem nunquam iudica-  
turum: ne aut spoliaret fama probatum hominẽ  
si contra iudicasset; aut statuisse videretur virũ  
bonum aliquem esse, cum ea res numerabili-  
bus officijs, et laudibus contineretur. Huic igitur  
uero bono, quem Fimbria etiam, non modo So-  
crates, nouerat, nullo modo videri potest quid-  
quam esse utile, quod non honestum sit. itaque ta-  
lis uir non modo facere, sed ne cogitare quidem  
quidquam audebit, quod non audeat prædicare.  
hæc, non ne est turpe, dubitare philosophos, quæ  
ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est

L 4 id.

id, quod iam tritum est vetustate prouerbum. cū enim fidem alicuius, bonitatemq; laudare dignū esse dicunt, qui cum in tenebris mices. hoc quam habet vim, nisi illam, nihil expedire, quod non deceat, etiam si id possis nullo refellēte obtinere? Vides ne igitur hec prouerbio, neque Gygi illi posse veniam dari, ne huic, quem paullo ante fingebam digitorum percussione hereditas omnium posse ad sese conueriere? ut enim, quod turpe est, id quamuis occultetur, tamen honestum fieri nullo modo potest: sic, quod honestum non est, id utile ut sit, effici non potest, aduersante etiam, et repugnante natura. At enim, cum permagna præmia sunt, est causa peccandi. C. Marius, cū a spe consulatus longe abesset, & septimum annum post præturam iaceret, neque petiturus unquam consulatum videretur, Q. Metellum, cuius legatus erat, summum virum; & ciuem, cum ab eo, imperatore suo, Romam missus esset, apud populum R. criminatus est, bellum illud producere; si se consulem fecissent, breui tempore aut uiuum, aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi R. redacturum. itaque factus est ille quidem consul, sed a fide, iustitiaq; discessit, qui optimum, & grauissimum ciuem, cuius legatus, & a quo missus esset, in inuidiam falso crimine adduxerit. Nec nosier quidem Gratidianus officio boni viri functus est tum, cum prætor esset, collegiumq; prætorium tribuni pl. adhibuissent, ut res

numma-

cum a cō  
sulatu  
biennio  
tantū præ  
tura legi  
bus dista  
ret.

pretium  
monetæ  
neque au  
reæ, neq;  
argenteæ  
confiste  
bat.

nummaria de communi sententia constitueretur. iactabatur enim tēporibus illis nummus, sic, ut nemo posset scire quid haberet, conscripserunt communiter edictum cum pœna, atque iudicio, constitueruntq; ut omnes simul in Rostra post meridiem descenderent. & ceteri quidem alius alio: Marius a subsellijs in Rostra recta: idq; quod communiter compositum fuerat, solus edixit. & ea res, si quæris, ei magno honori fuit: omnibus vicis statuæ factæ sunt: ad eas thus, & cerci, quid multa? nemo unquam multitudini fuit carior. Hæc sunt, quæ conturbant homines in deliberatione non nunquam, cum id, in quo violatur æquitas, non habetur ita magnum; illud autem, quod ex eo paritur, permagnum videtur: ut Mario præripere collegis, & tribunis pl. popularem gratiam, non ita turpe; consulem ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposuerat, valde utile videbatur. Sed omnium una regula est, quam cupio tibi esse notissimam: aut illud, quod utile videtur, turpe ne sit: aut, si turpe est, ne videatur esse utile. Quid igitur? possumusne aut illum Marium virum bonum iudicare, aut hunc explicare, atque excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit in ea species, forma, & notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri e molumentum sui causa, criminari, præripere, fallere? nihil profecto minus. Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum, ut viri boni

qui crimi  
natus est  
Q. Metel  
lum spe  
consula  
tus adipi  
scendi.

boni

boni & splendorem, & nomen amittas? quid est, quod afferre tantum ut ~~tas~~ ista, quæ dicitur, possit, quantum auferre, si boni viri nomen eriperit, fidem, iustitiamq. detraxerit? quid enim interest, utrum ex homine se conuertat quis in belluam, an in hominis figura immanitatem gerat belluæ? Quid, qui omnia recta, & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur; non ne id faciunt, quod is, qui etiam socerum habere voluit eum, cuius ipse audacia potens esset? utile enim videbatur plurimū posse alterius inuidia: id quàm iniustum in patriam, quàm inutile, quàm turpe esset; non videbat. ipse autem socer in ore semper Græcos versus Euripidis de Phœnissis habebat: quos dicam, ut potero; incondite fortasse, sed tamen ut res possit intelligi:

Nam si violandum est ius, regnandi gratia

Violandum est: alijs rebus pietatem colas.

capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id unum solum, quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus, hereditates, mercaturas, uenditiones fraudulentas? ecce tibi, qui rex populi R. dominusq. omnium gentium esse concupierit, idq. perfecit. hanc cupiditatē si quis honestam esse dicit, amens est: probat enim legum, & libertatis interitum, earumq. oppressionem tetram, & detestabilem, gloriosam putat. qui autem fateatur, honestum non esse, in ea ciuitate, quæ libera fuit, quæq. esse debeat,

Pompeium carpit, q. ut augeret potentiam suā, Cæsaris filiam duxit uxorem. Suetoni<sup>9</sup> in Iulio. senarij i<sup>9</sup> bici.

in pietate colenda.

debeat, regnare, sed ei, qui id facere possit, esse  
 utile: ~~quod~~ hunc obiurgatione, aut quo potius con-  
 uicio à tanto errore coner auertere? potest enim,  
 dij immortales, cuiquam esse utile fœdissimum,  
 & teterrimum paricidium patriæ, quamuis, eo  
 qui se obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens no-  
 minetur? honestate igitur dirigenda utilitas est,  
 & quidem sic, ut hæc duo verba inter se discrepa-  
 re, sed tamen unum sonare videantur. Nunc  
 ab eo ad vulgi opinionem. Quæ maior utilitas,  
 quàm regnandi, esse possit? nihil contra inutilius  
 ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenio, cum ad  
 veritatem cæpi reuocare rationem. possunt enim  
 cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni  
 & nocturni metus, uita insidiarũ periculorumq̃,  
 plenissima? Multi iniqui, atque infideles regno,  
 pauci boni sunt, inquit Attius: at cui regno? quod  
 à Tantalò, & Pelope proditum iure obtineba-  
 tur. Nam quanto plures ei regi putas, qui cum  
 exercitu populi R. populum ipsum Romanum op-  
 pressisset, ciuitatemq̃, nõ modo liberam, sed etiã  
 gentibus imperantem seruire sibi coegisset? hunc  
 tu quas conscientie labes in animo censes habuis-  
 se? quæ vulnera? cuius autem vita ipsi potest uti-  
 lis esse, cum eius vitæ ea condicio sit, ut, qui il-  
 lam eripuerit, in maxima gratia futurus sit, &  
 gloria? Quòd si hæc utilia non sunt, quæ maxi-  
 me videntur, quia plena sunt dedecoris, ac turpi-  
 tudinis: satis persuasũ esse debet, nihil esse utile,  
 quod

antea  
 quoq; in  
 hoc libro  
 utrũque  
 coniũxit.

Cæsari.

gratiã, &  
 gloriã ty-  
 rãnicide  
 cõsequũ-  
 tur.

quod non honestum sit. quanquam id quidem cū  
 sæpe alias, tum Pyrrhi ~~illo~~ à C. Fabricio consu-  
 le iterum, & à senatu nostro iudicatum est. cum  
 enim rex Pyrrhus populo R. bellum ultro intu-  
 lisset; cumq; de imperio certamen esset cum rege  
 generoso, ac potente; perfuga ab eo venit in ca-  
 stra Fabricij, eiq. est pollicitus, si præmium ei  
 proposuisset, se, ut clā venisset, sic clam in Pyr-  
 rhi castra rediturum, & eum ueneno necaturū.  
 hunc Fabricius reducendū curauit ad Pyrrhū:  
 idq. eius factum à senatu laudatum est. atqui, si  
 speciem utilitatis, opinionemq; querimus, ma-  
 gnum illud bellum perfuga unus, & grauem ad-  
 uersarium imperij sustulisset: sed magnum dede-  
 cus, & flagitium, quicum laudis certamē fuisset,  
 eum non uirtute, sed scelere superatum. Utrum  
 igitur utilius uel Fabricio, qui talis in hac urbe,  
 qualis Aristides Athenis, fuit; uel senatui no-  
 stro, qui nunquam utilitatem à dignitate seiun-  
 xit, armis cum hoste certare, an uenenis? si glo-  
 riæ caussa imperium expetendum est: scelus ab-  
 sit, in quo non potest esse gloria. sin ipsæ opes ex-  
 petuntur quoquo modo: non poterunt esse utiles  
 cum infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi,  
 Q. filij, sententia: quas ciuitates L. Sylla, pecu-  
 nia accepta, ex S. C. liberauisset, ut eæ rursus  
 uectigales essent, neque ijs pecuniam, quam pro  
 libertate dederant, redderemus. est ei senatus  
 assensus. turpe imperio. piratarum enim melior

medicus  
 Pyrrhi,  
 ut ab a-  
 lijs tradi-  
 tum est.

opes cū  
 infamia  
 nunquā  
 utiles.

fides,

imperium  
fulcit glo-  
ria, & be-  
nevolen-  
tia socio-  
rum.

equitum  
& senat<sup>o</sup>,  
quorum  
dissensio-  
nis fracte  
sunt opes  
reip.

eum tamē  
p̄stet eum  
vivere, q̄  
fit utilior  
reip.

fides, quàm senatus. At aucta vectigalia: utile  
igitur. Quousque audebunt dicere, quidquam  
utile, quod non honestum? potest autem ulli im-  
perio, quod gloria debet fultum esse, & beneuo-  
lencia sociorum, utile esse odium, & infamia? ego  
etiam cum Catone meo saepe dissensi. nimis enim  
mihi videbatur praefraete ararium, vectigaliaq;  
defendere, omnia publicanis negare, multa so-  
ciji: cum in hos benefici esse deberemus, cum illis  
sic agere, ut cum colonis nostris solemus: eoq;  
magis, quod illa ordinum coniunctio ad salutem  
reip. pertinebat. Male etiam Curio, cum causam  
transpadanorum equam esse dicebat; semper  
autem addebat. Vincat utilitas. potius diceret,  
non esse equam, quia non esset utilis reip. quàm,  
cum equam esse diceret, non esse utilem fateretur.  
Plenus est sextus liber de officijs Hecatonis  
talium questionum, sit ne boni viri, in maxima  
caritate annonae familiam non alere. in utranque  
partem disputat: sed tamen ad extremum utilita-  
te putat officium dirigis magis, quàm humanita-  
te. Querit, si in mari iactura facienda sit, equi-  
ne pretiosi potius iacturam faciat, an servuli vilis.  
hic aliò res familiaris, aliò ducit humanitas. Si  
tabulam de naufragio stultus arripuerit, extor-  
quebit ne eam sapiens, si potuerit? negat; quia  
fit iniurium. Quid dominus navis? eripiet ne  
suum? minime, non plus, quàm si nauigantem  
in altum eijcere de navi velit, quia sua non sit.

quoad



quoad enim peruentum si eò, quò sumpta nauis est, non domini est nauis, sed nauiganti. Quid, si in tua tabula sint duo naufragi, hiq; sint, sapientes; sibi ne vterque rapiat, an alter cedat alteri? cedat vero, sed ei, cuius magis intersit uel sua, uel reip. caussa uiuere. quid, si hæc paria in utroque? nullum erit certamen; sed, quasi in sorte, aut in micando victus, alteri cedst alter. Quid, si pater fama expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicet ne id magistratibus filius? nefas id quidem est: quin etiam defendat patrem, si arguatur, non igitur patria præstat omnibus officijs? immo uero: sed ipsi patriæ cõducit, pios habere ciues in parentes. Quid, si tyrannidẽ occupare, si patriam prodere conabitur pater, silebit ne filius? immo uero obsecrabit patrem, ne id faciat: si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam: ad extremũ, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. Querit etiam, si sapiens adulterinos nummos accipiet imprudens pro bonis, cum id rescierit, soluturus ne sit eos, si cui debeat, pro bonis. Diogenes ait, Antipater negat: cui potius assentior. Qui vinũ fugiens uendat sciens, debeat ne dicere? nõ necesse putat Diogenes, Antipater viri boni existimant. Hæ sunt quasi controuersia in iure Stoicorum. In mancipio vendendo, dicenda ne vitia? non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili: sed hæc, mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum,

reprehēdet. non enim hoc loco est, accusare ad iudices.

cui etiã supra assensus est de Rhodio frumētario.

sum,

sum, alteri dicenda videbuntur, alteri non dicenda. si quis aurum vendens, aurichalcum se putat vendere, indicet ne ei vir bonus aurum illud esse, an emat denario quod sit millenarium? Perpicuum iam est, & quid mihi videatur, & quæ sit inter eos philosophos, quos nominavi, controuersia.

paeta, &  
promissa  
iterdum  
non ser-  
uanda.

Paeta, & promissa semper ne seruanda sint, quæ nec ui, nec dolo malo, ut prætores solent dicere, facta sint? Si quis medicamentum cuiquam dederit ad quam intercutem; pepigeritque, ne illo medicamento unquam postea uteretur: si eo medicamento sanus factus fuerit, & annis aliquot post incidere in eundem morbum, nec ab eo, qui cum pepigerat, impetret, ut item eo liceat uti; quid faciendum sit, cum sit is inhumanus, qui non concedat uti, nec ei quidquam fiat iniuriæ? vitæ, & salutis consulendum est. Quid, si quis sapiens rogatus sit ab eo, qui eum heredem faciat, cum ei testamento sestertium millies relinquatur, ut ante quam hereditatem adeat, luce palam in foro saltet, idque se facturum promiserit, quod aliter eum heredem scripturus ille non esset: faciat. quod promiserat ille, nec ne? promisisse nollem; & id arbitror fuisset grauitatis: sed quoniã promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur, si ex hereditate nihil ceperit: nisi forte eam pecuniam in reip. magnum aliquod tempus contulerit, ut, vel saltare eum, cum patriæ, consulturus sit, turpe non sit. Ac ne illa quidem promissa

cõtra uti-  
litatem.

cõtra p-  
missa.

seruanda

seruanda sunt, quæ non sunt ijs ipsis utilia, quibus illa promiseris. Sol Phætoni filio (ut redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit, quia quid optasset: optauit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est insanus: ante quam constitit, ictu fulminis deflagrauit. quanto melius fuerat in hoc promissum patris non esse seruatum? Quid, quod Theseus exegit promissum à Neptuno? cui cum tres optiones Neptunus dedisset, optauit interitum Hippolyti filij sui, cum is patri suspectus esset de nouerca; quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. Quid Agamemnon? cum deuouisset Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. promissum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo & promissa non facienda non nunquam. Neque semper deposita reddenda sunt. Si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit, repetat insaniens; reddere, peccatum sit; non reddere, officium. Quid, si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddes ne depositam? non, credo: facies enim contra remp. quæ debet esse carissima, Sic multa, quæ natura honesta videntur esse, temporibus fiunt non honesta. facere promissa, stare conuentis, reddere deposita, commutata utilitate fiunt non honesta. Ac de ijs quidem, quæ videntur esse utilitatis contra iustitiã simulatione

Phædra.

contra p  
missa.honestas  
tempori-  
bus per-  
turbant,  
fiuntq; non  
honestas.

pruden-

prudentia, satis, arbitror, dictum. Sed quoniam  
 à quibus fontibus honestatis primo libro officia  
 duximus, in eisdem versabimur, cum docebimus,  
 ea, quæ videntur esse utilia, neque sunt, quàm  
 sint virtutis inimica. Ac de prudentia quidem  
 quam vult imitari malitia, itemq; de iustitia, quæ  
 semper est utilis, disputatum est. Reliquæ sunt  
 duæ partes honestatis: quarum altera in animi  
 excellentis magnitudine, & præstantia cernitur;  
 altera in conformatione, & moderatione cōtinen-  
 tiæ, & temperantiæ. Utile videbatur Ulyssi (ut  
 quidam poetæ tragici prodiderunt: nam apud  
 Homerum, optimum auctorem, talis de Ulyssæ  
 nulla suspicio est) sed insimulât eum tragædiæ si-  
 mulatione insaniæ militiam subterfugere voluis-  
 se. non honestum consilium. At utile (ut aliquis  
 fortasse dixerit) regnare, & Ithacæ vivere otio-  
 se cum parentibus, cum uxore, cum filio. Ullum  
 tu decus in quotidianis periculis, & laboribus cū  
 tranquillitate hæc conferendum putas? ego vero  
 istam contemnendam, & abiiciendam; quo-  
 niam, quæ honesta non sit, ne utilem quidem esse  
 arbitror. Quid enim auditurum putas fuisse  
 Ulyssæ, si in illa simulatione perseuerasset?  
 qui, cum maximas res gesserit in bello, tamen  
 hæc audiuit ab Aiace:

aggreditur  
 de forti-  
 tudo.

tranquil-  
 litatem.

Senarij  
 iambici.  
 cū reliq;  
 Græcis.

Cuius ipse princeps insurandi fuit,  
 Quod omnes scitis, solus neglexit fidem:  
 Furere assimulavit: ne coiret, institit.

Quod

Quòd ni Palamedis perspicax prudentia  
Istius percepset maliviosam audaciam  
Fides sacratæ ius perpetuo falleret.

illi uero nō modo cum hostibus, uerum etiam cum  
fluctibus, id quod fecit, dimicare melius fuit,  
quàm deserere consentientem Græciam ad bellum  
barbaris inferendum. Sed dimittamus et fabulas,  
& externa: ad rem, factaq; ueniamus. M. Ati-  
lius Regulus, cum consul iterum in Africa ex in-  
sidijs captus esset, duce Xantippo Lacedæmonio,  
imperatore autem patre Annibalis Amilcare,  
iratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi es-  
sent Pœnis captiui nobiles quidam, rediret ipse  
Carthaginem. is, cum Romam uenisset, utilita-  
tis speciem uidebat: sed eam, ut res declarat, fal-  
sam iudicauit: quæ erat talis, manere in patria  
esse domi suæ cum uxore, cum libris, quam ca-  
lamitatem accepisset in bello, communem fortu-  
næ bellicæ iudicantem tenere cōsularis dignitatis  
gradum. quis hæc neget esse utilia? quid censes?  
magnitudo animi, et fortitudo negat. an locuple-  
tiores quæris auctores? harum enim est virtutū  
propriam nil extimescere, omnia humana despi-  
cere, nihil, quod homini accidere possit, intole-  
randum putare. itaque quid fecit? in senatum ue-  
nit: mandata exposuit; sententiam ne diceret  
recusauit: quàm dui iureiurando hostium tenere-  
tur, non esse se senatorem. atque illud etiam:  
O stultum hominem, dixerit quispiam, et repu-

nō enim  
hoc de  
Vlyssæ ve-  
rū puta-  
bat, nec  
omnia de  
bello Tro-  
iano pro-  
certis ha-  
bebatur.

quàm a-  
nimi ma-  
gnitudi-  
nē, & for-  
titudinē.

M gnan-

gnantem utilitati suae) reddi captiuos, negavit esse utiles: illos enim adulescentes, & bonos duces, se iam confectum senectute. Cuius cum valuisset auctoritas, captiui retenti sunt, ipse Carthaginē rediit, neque eum caritas patriae retinuit, nec suorum. neque vero tum ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci: sed iusiurandum conseruandum putabat. itaque tum, cum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex, captiuus, periturus, & consularis remansisset. At stulte, qui nō modo non censuerit captiuos remittendos, uerum etiam dissuasit. quo modo stultē? etiam ne, si reip. conducebat? potest autem, quod inutile reip. sit, id cuiquam ciui utile esse? peruertunt homines ea, quae sunt fundamenta naturae, cum utilitatem ab honestate seingunt. omnes enim expetimus utilitatem, ad eamque rapimur; nec facere aliter ullo modo possumus. nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius, qui ea non studiosissime persequatur? sed quia nusquam possumus, nisi in laude, decore, honestate, utilia reperire; propterea illa prima, & summa habemus, utilitatis nomen non tam splendidum, quam necessarium ducimus. Quid est igitur, dixerit quis, in iureiurando? num iratum timemus Iouem? at hoc quidem commune est omnium philosophorū, non eorum modo, qui deum nihil habere ipsum negotij dicunt, & nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, ○

felicior  
erat. si qui  
de ex ho-  
nesto feli-  
citas pro-  
uenit.

utilitas  
ubi sit.

Epicure-  
os intel-  
ligit.

etiam, qui deum semper agere aliquid, & moliri volunt, nunquā nec irasci deum, nec nocere. quid autem iratus Iupiter plus nocere potuisset, quā nocuit sibi ipsi Regulus? nulla igitur vis fuit religionis, quæ tantam utilitatem peruerteret. An; ne turpiter faceret? primū minima de malis. num igitur tantum mali turpitudine ista habebit, quantum ille cruciatus? deinde illud etiā apud Attiū, Fregisti ne fidem? neque dedi, neque do infideli cuiquam,

debemus eligere.

quanquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. Addunt etiam: quemadmodum nos dicimus, videri quædam utilia, quæ non sint; sic se dicere, videri quædam honesta, quæ non sint: ut hoc ipsum videtur honestum, conseruandi iurisiurandi causa ad cruciatū reuertisse, sed fit nō honestum, quia, quod per vim hostium esset actum, ratū esse non debuit. Addunt etiam, quidquid valde utile sit, id fieri honestū, etiam si antea non videretur. Hæc fere contra Regulum. sed prima videamus. Non fuit Iupiter metuendus, ne iratus noceret, quia neque irasci solet, neque nocere. hæc quidem ratio non magis contra Regulum, quā contra omne iusiurandum valet. sed in iureiurando, non qui metus, sed quæ vis sit, debet intelligi. est enim iurisiurandum affirmatio religiosa. quod autem affirmate, quasi deo teste, promiseris, id tenendum est. iam enim non ad iram deorum, quæ nulla est, sed ad iustitiam, & ad fidem pertinet.

vt philosophoēs affirmāt.

M 2 nam

nam præclare Ennius

ensoriū  
intelligit

eratenim  
cōsularis

vt Stoici.

vt peripa-  
tetici.

seruanda  
fides etiā  
infideli.

alma, apta pinnis, & iusiurandū Iouis, qui igitur iusiurandū violat, is fidem violat: quā in Capitolio vicinam Iouis Optimi Maximi, ut in Catonis oratione est, maiores nostri esse voluerunt. At enim ne iratus quidem Iupiter plus Regulo nocuisset, quā sibi nocuit ipse Regulus. certe, si nihil malum esset, nisi dolere. id autem non modo non summum malum, sed nec malum quidem esse, maxima auctoritate philosophi affirmant, quorum quidem testem non mediocre, sed haud scio an grauissimum, Regulum nolite, quæso, vituperare. quem enim locupletiores quærimus, quā principem reip. qui, retinendi officij causa, cruciatum subierit voluntarium? Nam, quod aiunt minima de malis, id est vt turpiter potius, quā calamitose: an est vllum maius malum turpitudine? quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio, & fæditas turpificati animi debet videri? itaque, nervosius qui ista differunt, solū audent malum dicere id quod turpe sit: qui autem remissus, hi tamen non dubitant summum malum dicere. nam illud quidem,

Neque dedi, neque do fidem infideli cuiquam, iccirco recte à poeta dicitur, quia, cum tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit. sed si hinc sibi sumunt, nullam esse fidem, quæ infideli data sit: videant, ne quærat latebra periurio. Est

autem



aut em etiam ius bellicū, fidesq, iurisiurandi sæpe  
 hosti seruanda. quod enim ita iuratum est, ut  
 mens deferentis conciperet fieri oportere, id obser-  
 uandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum  
 periurium est: ut, si prædonibus pactum pro ca-  
 pite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si  
 iuratus quidem id non feceris. nam pirata non est  
 ex perduellium numero definitus, sed communis  
 hostis omnium, cum hoc non fides esse debet, nec  
 iusiurandum commune. non enim, falsum iura-  
 re, peierare est: sed, quod ex animi tui sententia  
 iuraueris, sicut verbis concipitur, more nostro,  
 id non facere, periurium est. scite enim Euripides,

*Iuravi lingua, mentem iniuratum gero.*

Regulus vero non debuit condiciones, pactionesq,  
 bellicas, & hostiles perturbare periurio. cum iu-  
 sto enim, & legitimo hoste res gerebatur: aduer-  
 sus quem & totum ius fœciale, & multa sunt iu-  
 ra communia. quod ni ita esset, nunquam claros  
 viros senatus victos hostibus dedidisset. At ve-  
 ro T. Meturius, & Sp. Postumius, cum iterum  
 consules essent, quia, cum male pugnatum apud  
 Caudium esset, legionibus nostris sub iugum mis-  
 sis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt  
 his: iniussu enim populi, senatusq, fecerant. eo-  
 demq, tempore T. Numitius, Q. Melius, qui  
 tum tribuni pl. erant, quod eorum auctoritate  
 pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitum re-  
 pudicaretur. atque huius deditiois ipse Postu-

nō ex a-  
 nimi sen-  
 tentia.

senarius  
 in Hippo-  
 lyto.

cū actum  
 est de Sā-  
 nitū pa-  
 ce repu-  
 dianda,

M 3 mius,

non cū fa-  
cta pax ē.  
nā extra  
urbē esse  
nisi per  
vnū diē,  
tribunis  
pl. non li-  
cebat.

mius, qui debebatur, suator, & auctor fuit. quod  
item multis annis post. Mancius: qui, ut Nu-  
mantinis, quibuscum sine senatus auctoritate fa-  
ctus fecerat, dederetur, rogationem suavit eam,  
quam L. Furius, & Sex. Atilius ex S.C. fere-  
bant: qua accepta, est hostibus deditus. Hone-  
stus hic, quam Q. Pompeius: quo, cum in ea-  
dem causa esset, deprecante, accepta lex non est.  
hic ea, quæ videbatur, utilitas plus valuit, quam  
honestas: apud superiores utilitatis species falsa,  
ab honestatis auctoritate superata est. At non  
debetur ratum esse, quod erat actū per vim. Qua-  
si vero forti viro vis possit adhiberi. Cur igitur ad  
senatum proficiscebatur, cum presertim de capti-  
uis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est,  
id reprehenditis. non enim suo iudicio stetit, sed  
suscepit causam, ut esset iudiciū senatus: cui nisi  
ipse auctor fuisset, captivi profecto Pœnis red-  
diti essent. ita incolumis in patria Regulus resti-  
tisset. quod quia patriæ non utile putavit, iccirco  
honestum sibi & sentire illa, & pati credidit.  
Nam quod aiunt, quod valde utile sit, id fieri ho-  
nestum: immo vero, esse, non fieri. est enim ni-  
hil utile, quod idem non honestum: nec, quia uti-  
le, honestum est; sed, quia honestum, utile. qua-  
re ex multis mirabilibus exēplis haud facile quis  
dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstan-  
tius. Sed ex tota hac laude Reguli, unum illud est  
admiratione dignum, quod captivos retinendos

censuerit. nam quòd redijt, nobis nunc mirabile  
 videtur, illis quidem temporibus aliter facere nò  
 potuit. itaque ista laus non est hominis, sed tem-  
 porum. nullum enim vinculum ad adstringendā  
 fidem iureiurādo maiores arctius esse uoluerūt :  
 id indicant leges in Duodecim tabulis, indicant  
 sacra, indicant fœdera, quibus etiam cum hoste  
 deuincitur fides; indicant notationes, animaduer-  
 sionesq; censorum, qui nulla de re diligentius,  
 quàm de iureiurando, iudicabant. L. Manlio,  
 A. filio, cum dictator fuisset, M. Pomponius,  
 tribunus pl. diem dixit, quòd is paucos sibi dies  
 ad dictaturam gerendam addidisset. criminaba-  
 tur etiam, quòd Titum filium, qui Torquatus  
 postea est appellatus, ab hominibus relegasset, et  
 ruri habitare iussisset. quòd cum audiisset ado-  
 lescens filius, negotium exhiberi patri: accurrif-  
 se Romam, & prima luce Pomponij domum ve-  
 nisse dicitur. cui cum esset nunciatum, quòd illum  
 iratum allaturum ad se aliquid cōtra patrem ar-  
 bitraretur, surrexit è lectulo, remotisq; arbitris  
 ad se adolescentem iussit venire. at ille, ut ingres-  
 sus est, confestim gladium distrinxit, iurauitq; se  
 illum statim interfectorum, nisi iusiurādum sibi  
 dedisset, se patrem missum esse facturum. iura-  
 uit hoc terrore coactus Pomponius: rem ad po-  
 pulum detulit: docuit, cur sibi à caussa desistere  
 necesse esset: Manlium missum fecit. tantū tem-  
 poribus illis iusiurandum valebat. atque hic T.

iusiuran-  
 dū vincu-  
 lū arctis-  
 simū ad  
 adstringē-  
 dam fidē.

Hic po-  
 stea filiū  
 suū inter-  
 fici iussit,  
 q̄ præter  
 mandatū  
 cū hoste  
 conflifax-  
 set.

M 4 Manlius

maxime  
dign<sup>9</sup> cui  
aliquid nar  
rati fides  
habeatur

Romanis  
militib<sup>9</sup>

Manlius is est, qui ad Anienem Gallo, quem ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomen inuenit: cuius tertio consulatu Latini ad Veserim fusi, & fugati: magnus vir in primis: & qui nuper indulgens in patrem, idem acerbus, & seuerus in filium. Sed ut laudandus Regulus in conseruando iureiurando; sic decem illi, quos post Cānensem pugnam iuratos ad senatum misit Annibal, in castra redituros ea, quorum erant potiti Pæni, nisi de redimendis captiuis impetrauissent, si non redierunt, vituperandi. de quibus non omnes nullo modo. nam Polybius, bonus auctor in primis, scribit, ex decem nobilissimis, qui tunc erant missi, nouem reuertisse, à senatu re non impetrata: unum ex decem, qui paullo post, quam egressus erat è castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. reditu enim in castra, liberatum se esse iureiurando interpretabatur: non recte: fraus enim dstringit, non dissoluit periurium. fuit igitur stulta calliditas, peruerse imitata prudentiam. itaque decreuit senatus, ut ille veterator, & callidus uinctus ad Annibalem duceretur. Sed illud maximum. octo hominum millia tenebat Annibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugisset, sed qui relictæ in castris fuissent à Paulo, & Varrone consulibus. eos senatus non censuit redimendos, cum id parua pecunia fieri potuisset: ut esset insitum militibus nostris aut vincere, aut emori.

qua

qua quidem re audita, fractum animum Annibaliscus scribit idem, quod fractus, populusque Rom. rebus afflictis tam excelso animo fuisse. Si honestatis comparatione ea, quae videntur utilia, vincuntur. Attilius autem ille, qui Graecè scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent, eadem fraude, ut iureiurando liberarentur, eosque à censoribus omnibus ignominie notatos. Sit iam huius loci finis: perspicuum est enim, quae timido animo, humili, demisso, fractoque fiant, quale fuisse Reguli factum, si aut de captivis, quod ipsi opus esse videret, non quod reip. censuisset, aut domi remanere voluisset, non esse utilia, quia sunt flagitiosa, foeda, & turpia. Restat quarta pars, quae decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Potest igitur quidquam esse utile, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? at qui ab Aristippo Cyrenaici, atque Annicerij philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt: virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis: quibus obsoletis, floret Epicurus, eiusdem fere adiutor, auctorque sententiae. cum his, velis equisque (ut dicitur) si honestatem tueri, ac retinere sententia est, decertandum est: nam si non modo utilitas, sed vita omnis beata, corporis firma constitutione, eiusque constitutionis spe explorata, ut à Metrodo scriptum est, continetur: certè haec utilitas,

infitū aut  
vincere,  
aut mori:

turpia nō  
sunt uti-  
lia.

ab Anni-  
cere phi-  
lofopho.

tas,

alij legunt  
intelligent.  
vtrunque  
sententiam  
aliquam  
habet.

non pro-  
greditur ei  
ratio, im-  
pedimen-  
tis reti-  
netur, ut  
aqua.

tas, & quidem summa. (sic enim censent) eum  
honestate pugnabit. nam ubi primum prudentiae  
locus dabitur? an, ut conquirat undique suavita-  
tes? quam miser uirtutis famulatus seruietis vo-  
luptati? quod autem munus prudentiae? an lege-  
re intelligenter voluptates? fac nihil isto esse iu-  
cundius: quid excogitari potest turpius? Iam, qui  
dolorem summum malum dicat, apud eum quem  
habeat locum fortitudo, quae est dolorum, labo-  
rumque contemptio? quamuis enim multis in locis  
dicat Epicurus, sicut hic dicit, satis fortiter de do-  
lore. tamen non id spectandum est, quid dicat,  
sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona vo-  
luptate terminauerit, mala dolore: ut si illum  
audiam de continentia, & temperantia: dicit il-  
le quidem multa multis locis: sed aqua haeret, ut  
aiunt: nam quo modo potest temperantiam lau-  
dare is, qui ponat summum bonum in voluptate?  
est enim temperantia libidinum inimica, libidi-  
nes autem consecratrices voluptatis. Atque in  
his tamen tribus generibus, quoquo modo possunt,  
non incallide tergiuersantur. Prudentiam intro-  
ducunt, scientiam suppeditantem voluptates, de-  
pellentem dolores. Fortitudinem quoque aliquo  
modo expediunt, cum tradunt, rationem negli-  
genda mortis, perpetiendi que doloris. Etiam tem-  
perantiam inducunt, non facillime illi quidem,  
sed tamen quoquo modo possunt: dicunt enim, vo-  
luptatis magnitudinem doloris detractione fieri.

Iusti.

Iustitia vacillat, vel iacet potius, omnesq; ea virtutes, quæ in communitate cernuntur, & in societate generis humani. neque enim ~~bonitas~~, nec liberalitas, nec comitas esse potest, non plus, quàm amicitia, si hæc non per se expetantur, sed ad voluptatem, utilitatem ue referantur. Conferamus igitur in pauca. nam ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ honestati esset contraria: sic omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam. quo magis reprehendendos Calliphonem; & Dinomachum iudico: qui se dirempturos controuersiam putauerunt, si cum honestate ~~con~~trariam, tanquam cum homine pecudem, copulauissent. non recipit istam coniunctionem honestas, aspernatur, repellit. nec vero finis bonorum, & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri, & temperari potest. Sed de hoc hæctenus: magna enim res, alio loco pluribus verbis disputata. nunc ad propositum. Quemadmodum igitur, si quando ea, quæ videretur utilitas, honestati repugnat, dijudicanda res sit, satis est supra disputatum. sin autem speciẽ utilitatis etiam voluptas habere dicatur, nulla potest esse ei cum honestate coniunctio. nam ut tribuamus aliquid voluptati: condimenti fortasse non nihil, utilitatis certe nihil habebit. Habes à patre munus, Marce fili, mea quidem sententia; magnum: sed perinde erit, ut acceperis. quanquã tibi hi tres libri Cratippi inter commentarios;

voluptas  
oïs honestati  
contraria.

voluptas  
cũ honestate  
tanquã cum  
homine  
pec<sup>o</sup>, &c.

in libris  
de finib<sup>o</sup>.

tan-

plus igitur  
 Cratippo, quam  
 sibi ipsi,  
 tribuere  
 videtur.  
 fam. epi.  
 16. l. 12.  
 & 21. lib.  
 16.

tanquam hospites erunt recipiendi. sed ut, si ipse  
 venissem Athenas, quod quidem esset factum,  
 nisi ~~in~~ medio cursu clara voce patria reuo-  
 casset; aliquando me quoque audires: sic, quo-  
 niam his voluminibus ad te profecta vox mea  
 est, tribues his temporis, quantum poteris; po-  
 teris autem, quantum voles. cum vero intelle-  
 xero, te hoc scientiæ genere gaudere; tum &  
 præsens tecum propediem, ut spero, & dum  
 aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero,  
 tibiq; persuade, te mihi quidem esse carissimum,  
 sed multo fore cariorem, si talibus monumentis;  
 præceptisq; lætabere.

M. TVLLII



M. TVLLII CICERONIS

CATO MAIOR,

VEL DE SENECTUTE,

AD T. POMPONIVM ATTICVM.

*Dialogi personæ.*

SCIPIO, CATO, LAELIVS.

O TITE, si quid ego adiuro, curamve leuabo, pro adiuro. alio  
Que nunc te coquit, & versat sub pectore fixa, uero. alio  
Ecquid erit præmi? mendo se

licet enim versibus usdem mihi affari te Attice, legunt ad-  
iuro.

quibus affatur Flaminiu[m] ille vir, haud magna q. ex Ma-  
cedonia,

cum re, sed fide plenus. quanquam certo scio, non & Philip-  
po rege

ut Flaminiu[m], sollicitari te, Attice, sic noctesq. triump-  
uit anno

diesque. noui enim moderationem animi tui, ab V. C.

& æquitatem; teq. non cognomen solum Athe- DLIX.

nis deportasse, sed humanitatem, & prudentiam

intelligo. & tamen suspicor usdem rebus te, qui-  
bus me ipsum, interdum grauius commoueri,

quarum consolatio & maior est, & in aliud tem-  
pus differenda. nunc autem mihi visum est aliquid

ad te de senectute conscribere. hoc enim onere, pro, mo-  
deste. sic

quod mihi tecum commune est, aut iam urgentis, alibi lo-  
cutus est,

aut certe aduentantis senectutis, & te, & me sic etiam

ipsum leuari volo. etsi te quidem id modice, ac hahet ve-

sapienter, sicut omnia, & ferre, & laturum teres li-

esse certo scio. sed mihi, cum de senectute vellem bri.

ali-

Africanū  
minorē,  
Paulli fi-  
lium.

sapienti  
gravis se-  
nect' nō  
est.

aliquid scribere, tu occurrerebas dignus eo munere  
quo uterque nostrum communiter uteretur. mi-  
hi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit,  
ut non modo omnes absterferit senectutis mole-  
stias, sed effecerit mollem etiam, & iucundam  
senectutem. nunquam igitur satis laudari philo-  
sophia poterit: cui qui pareat, omne tempus æ-  
tatis sine molestia possit degere. Sed de ceteris &  
diximus alias multa, & sæpe dicemus. hunc ve-  
ro librū de senectute ad te misimus. omnem autē  
sermonē tribuimus nō Titbono, ut Aristo Chius,  
ne parum esset auctoritatis in fabula; sed M. Ca-  
toni seni, quo maiorem auctoritatē haberet ora-  
tio: apud quem Lælium, & Scipionem facimus  
admirantes, quōd is tam facile senectutem ferat,  
ijsq; eum respondentem. qui si eruditius videbi-  
tur disputare, quā consuevit ipse in suis libris;  
attributio Græcis litteris, quarum constat eum  
perstudiosum fuisse in senectute. sed quid opus est  
plura? iam enim ipsius Catonis sermo explicabit  
nostram omnem de senectute sententiam. S C I.  
Sæpenumero admirari soleo cum C. hoc Lælio,  
cum ceterarum rerum tuam excellentem, M.  
Cato, perfectamq; sapientiam, tum vel maxi-  
me, quōd nunquam grauem tibi senectutem esse  
persenserim: quæ plerisque senibus sic odiosa est,  
ut onus se Aetna grauius dicant sustinere. C A.  
Rem haud sane, Scipio, & Læli, difficilem ad-  
mirari videmini. quibus enim nihil est in ipsis  
opis

opus ad bene, beateq; viuendum, ijs omnis ætas  
 grauis est: qui autem omnia bona à se habent, ijs  
 nihil potest malū videri, quod nature necessi-  
 tas afferat: quo in genere est in primis senectus:  
 quam ut adipiscantur, omnes optant; eandem  
 accusant adepti: tanta est inconstantia, stultitia,  
 atque peruersitas. Obrepere aiunt eam citius;  
 quàm putassent. primum, quis coegit eos falsum  
 putare? qui enim citius adolescentiæ senectus;  
 quàm pueritiæ adolescentia, obrepit? deinde, qui  
 minus grauis esset ijs senectus, si octingente  
 annum agerent, quàm si octogesimum? præteri-  
 ta enim ætas, quamuis longa, cum effluxisset,  
 nulla consolatione premulcere posset stultā sene-  
 ctutem. quocirca, si sapientiam meam admirari  
 soletis, quæ utinam digna esset opinione vestra,  
 nostroq; cognomine; in hoc sumus sapientes,  
 quòd naturam optimam ducem, tãquam deum,  
 sequimur, eiq; paremus: à qua non verisimile est,  
 cum ceteræ partes ætatis bene descriptæ, sint ex-  
 tremum actum, tanquam ab inerti poeta, esse  
 neglectum. sed tamen necesse fuit esse aliquod ex-  
 tremum, & tanquam in arborum baccis, ter-  
 ræq; frugibus, maturitate tempestiua quasi vie-  
 tum, & caducum: quod ferendum est molliter  
 sapienti. quid enim est aliud, gigantum more bel-  
 tare cum dijs, nisi nature repugnare? LAE. At-  
 qui, Cato, gratissimum nobis, ut etiam pro Sci-  
 pione pollicear, feceris, si quoniã volumus (spe-  
 ramus

M. Cato,  
 & C. La-  
 lius no-  
 minati sa-  
 piētes. vi  
 de lib. 3.  
 de off.

ramus quidem certe) senes fieri, multo ante à te  
 didici, quibus facillime rationibus ingraue-  
 scentem ætatem ferre possimus. CA. Faciam ve-  
 ro, Læli, præsertim si utrique vestrum gratum,  
 ut dicis, futurum est. LAE. Volumus sane, nisi  
 molestum est tibi, Cato, tanquam longam ali-  
 quam viam confeceris, qua nobis quoque ingre-  
 diendum sit, istuc, quò peruenisti, videre quale  
 sit. CA. Faciam, ut potero, Læli: sæpe enim in-  
 ter sui querelis æqualium meorum, (pares au-  
 tem cum paribus, ueteri prouerbio, facillime con-  
 gregantur) quas C. Salinator, quas Sp. Albi-  
 nus, homines consulares, nostri sere æquales, de-  
 plorare solebant; tum, quòd voluptatibus care-  
 rent, sine quibus vitam nullam putarent; tum,  
 quòd spernerentur ab ijs, à quibus essent coli soli-  
 ti. qui mihi non id videbantur accusare, quòd es-  
 set accusandù: nam si id culpa senectutis accide-  
 ret, eadem mihi usu euenirent, reliquisq. omni-  
 bus maioribus natu; quorum ego multorum co-  
 gnoui senectutem sine querela; qui se, & libidi-  
 num vinculis laxatos esse non moleste ferrèt, nec  
 à suis despicerentur. sed omnium istiusmodi que-  
 relarum in moribus est culpa, non in ætate. mo-  
 derati enim, & nec difficiles, nec inhumani senes  
 tolerabilem senectutem agunt: importunitas au-  
 tē, & inhumanitas omni ætati molesta est. LAE.  
 Est, ut dicis, Cato. sed fortasse dixerit quispiam,  
 tibi propter opes, & copias, et dignitatem tuam,  
 tolera.

alii putāt  
 legendū,  
 queis: quā  
 latine pa-  
 rū videat  
 dici, de-  
 plorare  
 querelas  
 queis au-  
 tē pro qu-  
 bus, lati-  
 nis vsita-  
 tū. Virg.  
 li. i. Aen.  
 Queis an-  
 te ora pa-  
 trum.  
 mores,  
 nō ætas,  
 querelas  
 excitant  
 contra se-  
 nectutē.

tolerabilem senectutem videri, id autem non posse multis contingere. **Q**A. Est istud quidem, Læli, aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia: ut Themistocles fertur Seriphio cuidam in iurgio respondisse. cum ille dixisset, non eum sua, sed patriæ gloria splendorem assecutum: Nec hercule, inquit, si ego Seriphius, nobilis, nec tu, si Atheniensis es, clarus unquam fuisses: quod eodem modo de senectute dici potest: nec enim in summa inopia levis esse senectus potest, ne sapienti quidem, nec insipienti, etiam in summa copia, non grauis. Aptissima omnino sunt, Scipio, & Læli, arma senectutis, artes, exercitationesque virtutum: quæ in omni ætate cultæ, cum diu multumque vixeris, mirificos afferunt fructus: non solum, quia nunquam deserunt, ne extremo quidem tempore ætatis: (quanquam id quidem maximum est) verum etiam, quia conscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est. Ego **Q**. Maximum, eum, qui Tarentum recepit, senem adolescens ita dilexi, ut æqualem: erat enim in illo viro comitate cõdita gravitas: nec senectus mores mutauerat: quanquam eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum. anno enim post, quam consul primus fuerat, ego natus sum: cumque eo quartum consule adolescentulus miles ad Capuam profectus sum, quintoque anno post ad Tarentum quæstor: deinde ædilis, quadrien-

notat & patriam, & hominem. alii legunt, ignobilis contra Plutarchi, Herodoti, Platonis auctoritatem, apud quos hoc Themistoclis dictum narratur.

N nio

nio post factus sum prætor: quem magistratum  
gessi consulibus Tudicino, & Cethego, cum qui-  
dem ille ~~ut~~ modum senex suasor legis Cincie de do-  
nis, & muneribus fuit. hic & bella gerebat, ut  
adolescens, cum plane grandis esset: & Hâniba-  
lem, iuueniliter exsultantem, patientia sua mol-  
liebat: de quo præclare familiaris noster Ennius:

eo dē re-  
citāt ver-  
sus li. I.  
off.

Unus homo nobis cunctando restituit rem:

Non ponebat enim rumores ante salutem.

Ergo magisque, magisque, uiri nunc gloria claret.

Tarentum uero qua vigilantia, quo consilio rece-  
pit. Quum quidem, me audiente, Salinatori, qui

amisso oppido, fugerat in arcem, glorianti, at-  
que dicenti; mea opera, Q. Fabi, Tarentum re-  
cepisti; certe, inquit, ridens: nam, nisi tu ami-  
sisses, ego nunquam recepissem. Nec uero in ar-  
mis præstantior, quam in toga; qui consul ite-  
rum, Sp. Caruilio collega quiescente, C. Flami-  
nio tribuno pl. quoad potuit, restitit, agrum Pi-  
cenum, & Gallicum uiritim contra senatus au-  
toritatem diuidenti: augurque, cum esset, ausus  
est dicere, optimis auspicijs ea geri, quæ pro reip.  
salute gererentur; quæ contra remp. fierent, con-  
tra auspicia fieri. Multa in eo uiro præclara co-  
gnoui: sed nihil est admirabilius, quam quo mo-  
do ille mortem Q. filij tulit, clari uiri, & consu-  
laris. est in manibus laudatio: quam cum legi-  
mus, quem philosophum non contemnimus? Nec  
uero ille in luce modo, atque in oculis ciuium ma-  
gnus.

qui cōsul  
ad Thra-  
simenū i  
proelio  
cōfus est.

laudauit  
filium in  
funere.

gnus.

gnus, sed intus, domiq; præstantior. qui sermo?  
 quæ præcepta? quanta notitia antiquitatis? quæ  
 scientia iuris augurij? multæ etiã, ut in homine  
 Romano, litteræ: omnia memoria tenebat nõ do-  
 mestica solũ, sed etiã externa bella. cuius sermo-  
 ne ita tum cupide fruebar, quasi diuinarẽ, id quod  
 euenit, illo extincto fore, unde discerẽ, neminem.  
 Quorsum igitur hæc tã multa de Maximo? quia  
 profecto uidetis, nefas esse dictu, miserã fuisse ta-  
 lem senectutem, nec tamẽ omnes possunt esse Sci-  
 piones, aut Maximi, ut urbiũ expugnationes, ut  
 pedestres, naualesue pugnas, ut bella à se gesta, ut  
 triumphos recordentur. est etiam quiete, & pure,  
 atque eleganter actæ ætatis placida, ac lenis sene-  
 ctus: qualem accepimus Platonis; qui uno & o-  
 ctogesimo anno scribẽs est mortuus, qualem Iso-  
 cratis; qui eum librum, qui Panathenaicus inscri-  
 bitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dici-  
 tur, uixitq; quinquẽnium postea: cuius magni-  
 ster Leontinus Gorgias centum & septem com-  
 plexit annos; neque unquam in suo studio, atque  
 opere cessauit. qui, cum ex eo quæreretur, cur  
 tã diu esse uellet in uita. Nihil habeo, inquit, quod  
 accusem senectutẽ. præclarũ responsum, et docto  
 homine dignum, sua enim uitia insipientes, et suã  
 culpam in senectutem conferunt: quod non facie-  
 bat is, cuius modo mentionem feci, Ennius:

Sicut fortis equus, spatium qui sæpe supremo  
 Vicit Olympia, nunc senio confectus quiescit.

N 2 equi

litterarũ  
 laudem  
 Romani  
 Græciæ  
 concede-  
 bant, mili-  
 tarẽ fibi  
 assume-  
 bant.

maiorẽ  
 Africanũ  
 significat

sua vitia  
 insipien-  
 tes cõfe-  
 ruit in se-  
 nectutẽ.

equi fortis; & uictoris senectuti comparat suam  
 que ~~que~~ <sup>quomodo</sup> meminisse probe potestis: anno enim undevigesimo post eius mortem hi consules,  
 T. Flaminius, & M. Acilius, facti sunt: ille autem  
 Cæpione, & Philippo iterum consulibus mortuus est,  
 cum ego, quinque & sexaginta annos  
 natus, legem Voconiam magna voce, & bonis  
 lateribus suasissem. sed annos septuaginta natus  
 (tot enim vixit) Ennius ita ferebat duo, quæ  
 maxima putantur, onera, paupertatem, & senectutem,  
 ut eis pene delectari videretur. etenim,  
 cum complector animo, quattuor reperio causas,  
 cur senectus misera videatur; unam, quod auo-  
 cet à rebus gerendis; alterum, quod corpus fa-  
 ciat infirmum; tertiam, quod priuet omnibus fe-  
 re voluptatibus; quartam, quod haud procul ab-  
 sit à morte. earum, si placet, causas quantum  
 quæque valeat, quamquam sit iusta, videamus.

de mulie  
 rû heredi  
 tatibus.

Senectus  
 misera vi  
 detur ob  
 quattuor  
 causas.

ideo lau-  
 dat, quia pe-  
 rierat iam.  
 infra quo-  
 que pbi-  
 tate eius.  
 comedat.

A rebus gerendis senectus abstrahit: quibus? an  
 ijs, quæ iuuentute geruntur, & viribus? nullæ  
 ne igitur res sunt seniles, quæ vel infirmis corpo-  
 ribus, animo tamen administrantur? nihil ergo  
 agebat Q. Maximus? nihil L. Paullus, pater  
 tuus, Scipio, socer optimi viri, filij mei? ceteri  
 senes, Fabricij, Curij, Coruncani, cum remp.  
 consilio, & auctoritate defendebant, nihil age-  
 bant? ad Ap. Claudij senectutem accedebat etiã,  
 ut cæcus esset: tamen, cum sententia senatus in-  
 clinaret ad pacem cum Pyrrho fœdusque facien-



dum, non dubitavit illa dicere, quæ versibus per  
secutus est Ennius:

Quò vobis mentes, recta quæ stare solebant  
Antehac, dementi sese flexere ruina?

cæteraq; gravissime: notum enim vobis carmen  
est: & tamen ipsius Appij extat oratio: atque  
hæc ille egit septem, & decem annis post alterum con-  
sulatum: cum inter duos consulatus anni decem  
interfluxissent, censorq; ante superiorē consulatū  
fuiſſet. ex quo intelligitur, Pyrrhi bello grandē  
sane fuiſſe; & tamen sic à patribus accepimus.

Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari  
senectutem negant: similesq; sunt, ut si quis gu-  
bernatores in nauigando nihil agere dicat, cum  
alii malos scandant, alii per foros cursent, alii  
sentinam exhauriant; ille autem clavum tenens,  
quietus sedeat in puppi. Non facit ea, quæ iu-  
venes.

At vero multo maiora, & meliora fa-  
cit: non enim viribus, aut velocitatibus, aut cele-  
ritate corporis res magnæ geruntur, sed consilio,  
auctoritate, sententia: quibus non modo non or-  
biri, sed etiam augeri senectus solet: nisi forte

ego vobis, qui & miles, & tribunus, & lega-  
tus, & consul versatus sum in vario genere bel-  
lorum, cessare nunc videor, cum bella non gero: at

senatui, quæ sunt gerenda, præscribo: & Car-  
thagini, male iam diu cogitanti, bellum multo  
ante denuntio. de qua vereri non ante desinam,  
quàm illā excisam esse cognouero: quam palmā

senex gu-  
bernato-  
ri similis

suspicio  
hoc abū-  
dare; cū  
sequatur  
proxime,  
Aut cele-  
ritate.

psertim  
in Hispa-  
nia, Li-  
uius, Plu-  
tarchus,  
alii.

qui tribu  
tariã, Hã  
nibale vi  
cto, Car-  
thaginẽ  
fecerat.

*utinam di immortales, Scipio, tibi reseruent, ut  
huius reliquias persequere; cuius à morte sextus  
hic & trigesimus annus est: sed memoriam il-  
lius viri omnes excipient anni cõsequentes. anno  
ante me cõsorem mortuus est, nouem annis post  
meum consulatum, cum consul iterum, me con-  
sule, creatus esset. num igitur, si ad centesimum  
annum vixisset, senectutis eum sua pæniteret?  
nec enim excursione, nec saltu, nec eminus ha-  
stis, aut comminus gladijs vteretur, sed consilio,  
ratione, sententia: quæ nisi essent in senibus, non  
summũ consilium maiores nostri appellassent se-  
natum. Apud Lacedæmonios quidem ij, qui  
amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic  
etiam nominantur senes. Quod si legere, aut au-  
dire voletis externa: maximas respu. ab adole-  
scentibus labefactatas, a senibus sustentatas re-  
perietis.*

*Cedo, qui vestrã remp. tantã amisistis tã cito?  
sic enim percunctanti, ut est in Næuij Ludo, re-  
spondentur & alia, & hæc in primis:*

*Proueniebãt oratores noui, stulti, adolescẽtul.  
temeritas est, videlicet florentis etatis, prudẽtia  
senectutis. At memoria minuitur: credo, nisi  
eam exerceas, aut etiam si sis natura tardior.  
Themistocles omnium ciuium perceperat nomi-  
na; num igitur censetis eum, cum etate processis-  
set, qui Aristides esset, Lysimachum salutare so-  
litum? equidem non modo eos, qui sunt, noui,*

*sed*

sed eorum patres etiam, & avos; nec, sepulcra legendis. legens, vereor (quod aiunt) ne memoriam per- n. multo-  
dam. his enim ipsis legendis in memoriam redeo- rû noib.  
mortuorum. Nec vero quenquam senum audi- perturba-  
ui oblitum, quo loco thesaurum obruisset: om- tur, & cõ-  
nia, quæ curant, meminerunt, vadimonia con- funditur  
stituta, qui sibi, cui ipsi debeant. Quid inriscon- memo-  
sulti, quid pontifices, quid augures, quid philoso- ria.  
phi senes? quàm multa meminerunt? manent in-  
genia senibus, modo permaneat studium, & in-  
dustria; nec ea solum in claris, & honoratis vi-  
ris, sed in vita etiam privata, & quietâ. Sopho-  
cles ad summam senectutem tragedias fecit: qui  
propter studium cum rem familiarem negligere  
videretur, à filijs in iudicium vocatus est, ut,  
quemadmodum nostro more male rem gerenti-  
bus patribus bonis interdici solet, sic illum, qua-  
si desipientem, a re familiari remouerent iudices.  
tum senex dicitur eam fabulam, quam in mani-  
bus habebat, & proximè scripserat, Oedippum  
Coloneum recitasse iudicibus, quæsisseque, num  
illud carmen desipientis videretur. quo recitato,  
sententijs iudicum est liberatus. num igitur hûc,  
num Hesiodum, Simonidem, Stesichorum, num,  
quos ante dixi, Isocratem, Gorgiam, num Ho-  
merum, num philosophorum principes, Pytha-  
goram, Democritum, num Platonem, num Xe-  
nocratem, num postea Zenonem, Cleanthem,  
aut eum, quem vos etiam Romæ vidistis, Dio-

miror  
cur non  
hunc con-  
iunxerit  
cû poetis

fic in epi.  
Cicer. fi-  
lii ad Ti-  
roné: Ru-  
sticus Ro-  
manus fa-  
ctus es.  
fam. li. 16  
epi. 21.

genem Stoicū coegit in suis studijs obmutescere  
senectus? an non in omnibus his studiorum agi-  
tatio vitæ æqualis fuit? Age, ista diuina studia  
omittamus. possum nominare ex agro Sabino ru-  
sticos Romanos, vicinos, & familiares meos, qui  
bus absentibus nunquā fere vlla in agro maiora  
opera fiunt, non serendis, non percipiendis fructi-  
bus, non condendis. quanquā in his minus hoc mi-  
rū: nemo enim est tam senex, qui se annum non  
pūtet posse viuere: sed ijdē in ijs elaborant, quæ  
sciunt nihil omnino ad se pertinere:

Serunt arbores, quæ alteri sæculo profint,  
vt ait Statius noster in Synephebis: nec vero du-  
bitat agricola, quamuis senex, quærenti, cui se-  
rat, respondere: dijs immortalibus, qui me non  
accipere modo hæc à maioribus voluerunt, sed  
etiam posteris prodere. Melius Cæcilius de sene  
alteri sæculo prospiciente, quàm illud;

pro Aede-  
pol: vt  
stet ver-  
sus; sena-  
rii. n. sūt.

Aepol senectus, si nil quidquam aliud vitij  
Apportes tecū, cum aduenis, vnum id sat est:  
Diu quis viuēdo, multa, quæ non volt, videt:  
& multa fortasse, quæ volt: atque in ea, quæ  
non volt, sæpe etiam adolescentia incurrit. Illud  
vero idem Cæcilius vitiosus:

& hi sena-  
rii.

Tum etiā in senectā hoc deputo miserrimū,  
Sentire ea ætate esse odiosum se alteri.  
incundum potius, quàm odiosum; vt enim ado-  
lescētibus bona indole præditis sapiētes senes de-  
lectātur, læuiorq; est eorū senectus, qui à iuuetu-

te

te coluntur, & diliguntur: sic adolescentes senum  
 præceptis gaudent, quibus ad virtutum studia  
 ducuntur. nec minus intelligo me vobis, quam  
 vos mihi esse iucundos. sed videtis, ut senectus  
 non modo languida, atque iners non sit, verum  
 etiam sit operosa, semper agens aliquid, & mo-  
 liens, tale scilicet, quale cuiusque studium in su-  
 periore vita fuit. Quid, quòd etiam addiscunt  
 aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus;  
 qui se, quotidie aliquid addiscentem, senem fieri  
 dicit: ut ego feci, qui græcas litteras senex didici:  
 quas quidem sic auide arripui, quasi diuturnam  
 sitim explere cupiens; ut ea ipsa mihi nota essent,  
 quibus me nunc exemplis uti videtis. quod cum  
 fecisse Socratem in fidibus audire, vellem equi-  
 dem & illud: (discebant enim fidibus antiqui)  
 sed in litteris certe elaboravi. Nec nunc qui-  
 dem vires desidero adolescentis, (is enim locus  
 erat alter de vitis senectutis) non plus, quam  
 adolescens tauri, aut elephanti desiderabam.  
 quod est, eo uti decet, &, quidquid agas, agere  
 pro viribus. quæ enim vox potest esse contem-  
 ptior, quam Milonis Crotoniatæ? qui cum iam se-  
 nex athletas se in curriculo exercentes videret,  
 aspexisse lacertos suos dicit, illacrymasque dixisse:

At hi quidem mortui iam sunt:

non vero tam isti, quam tu ipse, nugator. neque  
 enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex late-  
 ribus, & lacertis tuis. nihil Sex. Aelius tale,  
 nihil

adolesce-  
 tes ad stu-  
 dia virtu-  
 tum senū  
 præceptis  
 ducuntur.

Ennio  
 poeta do-  
 cete, quæ  
 secum in  
 puinciã  
 duxit.

maximis  
 quodã vi-  
 ribus præ-  
 diti, ut  
 sublatum in  
 humeros  
 boue per  
 stadiū fer-  
 ret. de  
 quo infra,

nihil multis annis ante Ti. Coruncanius, nihil  
 modo P. Crassus: à quibus iura civibus præscri-  
 bebantur: quorum usque ad extremum spiritum  
 est prouecta prudentia. orator, metuo, ne lan-  
 guescat senectute. est enim munus eius non inge-  
 nij solum, sed laterum etiam, & virium. omni-  
 no canorum illud in voce splendet etiam nescio  
 quo pacto in senectute: quod equidem adhuc non  
 amisi: & videtis annos meos: sed tamen est decc-  
 rum: senis sermo quietus, & remissus; facitque per-  
 sepe in sa sibi audientiam disertis senis compta &  
 mitis oratio. quod si ipse exsequi nequeas, possis  
 tamen Scipioni præcipere, & Lælio. quid enim  
 iucundius senectute stipata studiis iuventutis? an  
 ne eas quidem vires senectuti relinquemus, ut a-  
 dolescentes doceat, instituat, ad omne officij mu-  
 nus instruat? quo quidem opere quid potest esse  
 præclaris? mihi vero Cn. & P. Scipiones, &  
 aui tui duo, L. Aemilius, & P. Africanus co-  
 mitatu nobilium iuuenum fortunati videbantur.  
 nec ulli bonarum artium magistri non boni putan-  
 di, quamuis confenerint vires, atque defecerint.  
 etsi ista ipsa defectio virium, adolescentiæ vitij  
 efficitur sæpius, quam senectutis. libidinosa enim  
 & intemperans adolescentia effæctum corpus tra-  
 dit senectuti. Cyrus quidem apud Xenophontem  
 eo sermone, quem moriens habuit, cum admo-  
 dum senex esset, negat se unquam sensisse senectu-  
 tem suam imbecilliolem factam, quam adole-  
 scentia

senectus  
 doceat a-  
 dolescen-  
 tes.

exhauriū-  
 tur enim  
 vires eæ,  
 quibus fu-  
 stētari se-  
 nectutem  
 oportet --  
 bat.

scientia fuisset. Ego L. Metellum memini puer,  
 qui cum quadriennio post alterum consulatum  
 pontifex maximus factus esset, viginti & duos  
 annos ei sacerdotio præsuit, ita bonis esse viribus  
 extremo tempore ætatis, ut adolescentiam non  
 requireret. Nihil necesse est mihi de me ipso di-  
 cere. quanquam est id quidem senile, ætatiq; no-  
 stræ conceditur. videtis enim, ut apud Homerum  
 sæpissime. Nestor de virtutibus suis prædicet. ter-  
 tiam enim iam ætatem hominum vivebat: nec  
 erat ei verendum, ne, vera prædicans de se, ni-  
 mis videretur aut insolens, aut loquax. etenim  
 (ut ait Homerus) ex eius lingua mellè dulcior  
 fluebat oratio: quam ad suavitatem nullis egebat  
 corporis viribus. & tamen dux ille Græciæ nun-  
 quam optat, ut Aiæcis similes habeat decem, at  
 ut Nestoris: quod si acciderit, non dubitat quin  
 brevi sit Troia peritura. sed redeo ad me. Quar-  
 tum ago annum & octogesimum. vellem id qui-  
 dem posse, quod Cyrus: sed tamen hoc queo dice-  
 re, non me quidem ijs esse viribus, quibus aut mi-  
 les bello Punico, aut quæstor eodem bello, aut  
 consul in Hispania fuerim, aut quadriennio post  
 cum tribunus militum depugnaui apud Thermo-  
 pylas Man. Acilio Glabrione consule: sed tamẽ,  
 ut videtis, non plane me enervavit, non affli-  
 xit senectus: non curia vires meas desiderat, non  
 Rostra, non amici, non clientes, non hospites.  
 nec enim unquam sum assensus illi veteri, lauda-

Il primo:

Agamẽ-  
non.contra re-  
gẽ Antio-  
chum.

109

mature fieri senem ;  
 si diu uelis senex esse . ego uero me minus diu se-  
 nem esse malle , quam esse senem ante , quam  
 esse : itaque nemo adhuc conuenire me uoluit ,  
 quin fuerim occupatus . At minus habeo uirium ,  
 quam uestrum uteruis . nec vos quidem T . Pon-  
 tij centurionis vires habetis . num iccirco est ille  
 præstantior ? moderatio modo uirium adsit , &

Croto-  
 niara de-  
 luo de  
 quo paul  
 lo ante .

ferocitas  
 iuuenū  
 est .

tantum , quantum potest , quisque nitatur : ne il-  
 le non magno desiderio tenebitur uirium . Olym-  
 pius per studium ingressus esse . Milo dicitur , cum  
 humeris sustineret bouem . utrum igitur has cor-  
 poris , an Pythagoræ tibi malis vires ingenij da-  
 ri ? Denique isto bono utare , dum adsit : cum ab-  
 sit , ne requiras . nisi forte adolescentes pueritiam ,  
 paullulum ætate progressi adolescentiam debent  
 requirere . cursus est certus ætatis , & via una  
 nature , eaq̄ simplex , suaq̄ cuique parti ætatis  
 tempestiuitas est data . ut enim infirmitas puero-  
 rum est , ferocitas iuuenum , grauitas iam con-  
 stantis ætatis : sic senectutis maturitas naturale  
 quiddam habet , quod suo tempore percipi de-  
 beat . Arbitror te audire , Scipio , hospes tuus  
 Massanisa quæ faciat hodie , nonaginta annos na-  
 tus : cum ingressus iter pedibus sit , in equum om-  
 nino non ascendere ; cum equo , ex equo non de-  
 scendere : nullo imbri , nullo frigore adduci , ut ca-  
 pite operto sit : summam in eo esse corporis sicci-  
 tatem : itaque exsequi omnis regis officia , & mu-

nera .



nera. potest igitur exercitatio, & temperantia in senectute etiam aliqua conseruari pristini roboris. Non sunt in senectute vires. nec postulantur quidem vires à senectute. ergo, & legibus, & institutis, vacat ætas nostra muneribus ijs, quæ non possunt sine viribus sustineri. itaque non modo, quod non possumus, sed ne quantum possumus quidem, cogimur. At ita multi sunt imbecilli senes, ut nullum officij, aut omnino vitæ munus exsequi possint. Ad id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune inualetudinibus. quàm fuit imbecillus P. Africani filius, is, qui te adoptauit? quàm tenui, aut nulla potius valetudine? quòd nisi ita fuisset, alterum ille extitisset lumen ciuitatis. ad paternam enim magnitudinẽ animi doctrina vberior accesserat. quid mirum igitur in senibus, si infirmi sunt aliquando, cum ne id quidem adolescentes effugere possint? Resistendum, Læli, & Scipio, senectuti est, eiusq; vitia diligentia compensanda sunt: pugnandum, tanquam contra morbum, sic contra senectutẽ: habenda ratio valetudinis, utendum exercitationibus modicis: tantum cibi, & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Nec vero corpori solum subueniendum est, sed menti, atque animo multo magis. nam hæc quoque, nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Et corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt: animi autem

exercitatio, & temperantia robur in senectute conseruat.

maioris, fratris Cornelie Gracchorum matris.

resistendum senectuti.

mentis, atque animo magis, quàm corpori, in senectute subueniendum.

tem

deliratio  
appellat̄,  
senilis  
stultitia.

adole-  
scens, in  
quo ali-  
quid se-  
nile, pro-  
batur, &  
senex, in  
quo ali-  
quid ado-  
lescens.

in qbus  
eū Lyſiæ  
cōparat  
Cicero ī  
lib. de cla-  
ris orat.

tem exercendo leuantur. nam, quos ait Cæcilius  
cor. cos, hos senes, hos significat credulos, obli-  
viosos, dissolutos. quæ vitia sunt non senectutis,  
sed inertis, ignavæ, somniculosæ senectutis. ut  
petulantia, ut libido magis est adolescentium,  
quàm senum, nec tamen omnium adolescentium,  
sed non proborum: sic ista senilis stultitia, quæ  
deliratio appellari solet, senum leuium est, non  
omnium. Quattuor robustos filios, quinque filias,  
tam domum, tantas clientelas Appius rege-  
bat, & senex, & cæcus. intentum enim animum,  
tanquam arcum, habebat: nec languescens suc-  
cumbebat senectuti: tenebat nō modo auctori-  
tatem, sed etiam imperium in suos: metuebant eum  
serui, verebantur liberi, carum omnes habebant.  
vigeat in illa domo mos patrius, & disciplina.  
ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit,  
si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si  
vsque ad ultimum spiritum dominatur in suos. ut  
enim adolescentem, in quo aliquid senile, sic se-  
nem, in quo aliquid est adolescentis, probo. quod  
qui sequitur, corpore senex esse poterit, animo  
nunquam erit. Septimus mihi liber Originum est  
in manibus: omnia antiquitatis monumenta col-  
ligo: caussarum illustrium, quascunque defendi,  
nunc quam maxime orationes conficio, ius augu-  
rum, pontificum, ciuile tracto: multum etiam  
græcis litteris vtor: Pythagoreorumq̄ more,  
exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die di-  
xerim.

xerim, audiuerim, egerim, commemoro vesperi. hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis: in his desudans, atque elaborans, corporis vires nõ magnopere desidero: adsum amicis: venio in senatum frequens: ultroq; affero res multũ & diu cogitatas, easq; tueor animi, nõ corporis viribus. quæ si exsequi nequirẽ, tamẽ me lectulus oblectaret, ea ipsa cogitantem, quæ iam agere non possem: sed, ut possim, facit acta uita. semper enim in his studijs, laboribusq; viuenti non intelligit, quando obrepat senectus. ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subito frãgitur, sed diuturnitate extinguitur. Sequitur tertia vituperatio senectutis, quòd eã carere dicunt uoluptatibus. O præclarum munus ætatis: siquidẽ id aufert à nobis, quod est in adolescentia uitiosissimum. accipite enim, optimi adolescentes, veterẽ orationem Archytæ Tarëtini, magni in primis, & præclari uiri: quæ mihi tradita est, cũ essem adolescens Tarënti cum Q. Maximo. nullam capitaliorẽ pestem, quàm uoluptatẽ corporis, hominibus dicebat à natura datam: cuius uoluptatis auidæ libidines, temere, & effrenate ad potiundũ incitari entur: hinc patriæ proditiones, hinc rerump. euersiones, hinc cũ hostibus clandestina colloquia nasci: nullum denique scelus, nullum malum facinus esse, ad quod suscipiendũ non libido uoluptatis impelleret: supra uero, & adulteria, & omne tale flagitiũ nullis alijs illecebris excitari, nisi uoluptatis.

semper  
egregijs  
in studijs  
uiuẽti nõ  
intelligit  
qñ obre-  
pat sene-  
ctus.

pestis nul-  
la capita-  
lior, quã  
uoluptas  
corporis.

menti i ptatis. cūq; homini siue natura, siue quis deus ni  
 hil tā in bil mente, et stabilius ledisset; huic diuino mu-  
 micū, q; regi, ac dono nihil esse tam inimicum, quā voluptas  
 voluptatem: nec enim, libidine dominante, tempe-  
 rantia locum esse, nec omnino in voluptatis re-  
 gno virtutem posse consistere. quod quo magis in-  
 telligi posset, fingere animo iubebat tanta incita-  
 tum aliquem voluptate corporis, quanta posset  
 maxima. nemini censebat fore dubium, quin tam-  
 diū dum ita gauderet, nihil agitare mente, ni-  
 hil ratione, nihil cogitatione consequi posset: quo  
 circa nihil esse tam detestabile, tamq; pestiferum,  
 quā voluptatem; siquidem ea, cum maior es-  
 set, atque longinquior, omne animi lumen ex-  
 tingueret. Hæc cum C. Pontio Samnite, patre  
 eius, à quo Caudino prælio Sp. Postumius, T.  
 Veturius consules superati sunt, locutum Ar-  
 chytam; Nearchus Tarentinus, hospes noster,  
 qui in amicitia populi R. permanserat, se à ma-  
 ioribus natu accepisse dicebat; cum quidem ei ser-  
 moni interfuisset Plato Atheniensis: quem Ta-  
 rentum venisse L. Camillo, P. Claudio consuli-  
 bus, reperio. Quorsum hæc? ut intelligeretis,  
 si voluptatem aspernari ratione, et sapientia non  
 possemus, magnam habendam senectuti gratiā,  
 quæ efficeret, ut id non liberet, quod non oportere-  
 ret. impedit enim consilium voluptas, rationis  
 inimica; ac mentis (ut ita dicam) præstringit  
 oculos; nec habet vllum cum virtute cōmercium.

Inuitus

Inuitus feci, ut fortissimi viri T. Flaminini fratrem, L. Flamininum euenatu eijcerem septem annis postquam consul fuisset: sed notanda impudici libidinem. ille enim, cum esset consul in Gallica, exoratus in conuiuio ascorto est, ut securi feriret aliquem eorum, qui in uinculis essent damnati rei capitalis. hic Tito, fratre suo, censore, qui proximus ante me fuerat, elapsus est. mihi vero, & Flacco neuiquam probari potuit tam flagitiosa, & tam perditam libido, quæ cum probro praestato coniungeret imperij dedecus. Sæpe autem qui à maioribus nati, qui se pueros porro à senibus audisse dicebant, mirari solitum C. Fabricium, quod, cum apud Pyrrhū regem legatus esset, audisset à Thessalo Cineas, esse quendam Athenis, qui se sapientem profiteretur, eumque dicere, omnia, quæ faceremus, ad voluptatem esse referenda: quod ex eo audientes Man. Curium, & Ti. Coruncanium, optare solitos, ut id Samnitibus, ipsisque Pyrrho persuaderetur: quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. vixerat Man. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulē se pro rep. quarto consulatu deuouerat. norat eundem Fabricius, norat Coruncanius: qui cum ex sua vita, tum ex eius, quem dico, P. Decij factio iudicabāt esse profecto aliquid natura pulchrum, atque præclarum, quod sua sponte peteretur, quodque, spreto, & contempta voluptate, optimus quisque sequeretur. Quorsum

O

igitur

cū id flagitii consul admisisset.

Gallico prælio.  
Liuius.

igitur hæc tam multa de voluptate? quia non modo vituperatio nulla, sed etiam summa laus senectutis est, quod ea voluptates nullas magnopere desiderat. caret epulis, extructisq; mensis, & frequentibus poculis; caret etiam vinolentia, & cruditate, & insomnijs; sed, si aliquid dandum est voluptati, quoniam eius blanditijs non facile obsistimus: (diuinitus enim Plato escam malorum appellat voluptatē, quod ea videlicet homines capiuntur, ut pisces) quanquam immoderatis epulis caret senectus, modicis tamen delectari potest. C. Duilius, M. filium, qui Pænos primus classe deuicerat, redeuntē a cœna senem sæpe videbam puer. delectabatur cereo funali, et tibicine: quæ sibi, nullo exemplo, priuatus sumptu præferat: tantum licentiæ dabat gloria. Sed quid ego alios? ad me ipsum reuertor. primum habui semper sodales. sodalitates autem me quæstore constitutæ sunt, sacris Idæis Magnæ matris acceptis. epulabar igitur cum sodalibus, omnino modice, sed erat quidem feruor ætatis; qua progrediente, omnia fiunt in dies mitiora; neque enim ipsorum conuiuiorum delectationem voluptatibus corporis magis, quàm cœtu amicorum, & sermonibus metiebar; bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius, quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concenationem vocant: ut, quod in eo

voluptas  
malorū  
esca.

senectus  
modicis  
epulis de  
lectari  
potest.

vide lib.  
de viris  
illustrib.

quæ Pesi  
nū te an-  
tea simu-  
lacrū, ac  
tēplū ha-  
buerat.

in epist.  
ad Pætū,  
li. 9. fami.

gene-

genere minimum est, id maxime probare videntur: ego vero, propter sermonis delectationem, tempestivis quoque conivijs delector, nec cum equalibus solum, qui pauci iam admodum restant, sed cum vestra etiam etate, atque vobiscum: habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis aviditatem auxit, potationis, & cibi sustulit. quod si quæ etiam ista delectant, ne omnino bellum indixisse videar voluptati. minus est etiam forasse quidam naturalis motus: non intelligo, ne in istis quidem voluptatibus ipsis carere sensu senectutem: me vero & magisteria delectant à maioribus instituta: & is sermo, qui, more maiorum, a summo magistro adhibetur in poculis: & pocula, sicut in Symposio Xenophontis, mouta, atque rorantia: & refrigeratio æstate, & vicium aut Sol, aut ignis hibernus: quæ quidem etiam in Sabinis persequi soleo; coniviiumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quum maximè possumus, vario sermone producimus. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. credo: sed nec desideratio quidem: nihil autem molestum, quod non desideres. Bene Sophocles, cum ex eo quidam iam affecto etate uereret, uteretur nequebus Venereis, Dij meliora, inquit: libenter vero istinc, sicut a domino agesti, ac furioso, profugicupidis enim rerum talium odiosum fortasse, & molestum est carere: satatis vero, & expletis

alibi quoque sic appellat Cicero ea conuiuia, quibus interesse licet nec. n. oibus honeste licet. epi. 1. lib. 9. ad Att.

vbi villam habuit, simpliciter & rudi forma edificata.

& P<sup>l</sup> iucundius est carere, quam frui. quanquam non  
 tarchus caretis, qui non desiderat. hoc ego, non deside-  
 Catone rere, dico esse iucundius. Quod i istis ipsis vo-  
 maiore luptatibus bona aetas fruitur libentius: primum  
 & Plato paruulis fruitur rebus, ut diximus; deinde ijs,  
 Politico- quibus senectus, si non abunde potitur, non om-  
 rui i. locu- nino caret. ut Turpione Ambiuo magis delecta-  
 tus est. tur, qui in prima cauea spectat delectatur tamē  
 etiam, qui in ultima: sic adolescentia, voluptates  
 prope intuens, magis fortasse litatur; sed delecta-  
 tur etiam senectus, procul eas spectans, tantum,  
 quantum sat est. At illa quati sunt, animum,  
 tanquā emeritis stipendijs libidinis, ambitionis,  
 contentionis, inimicitiarum cupiditatum om-  
 nium, secum esse, secumque, ut dicitur, viuere?  
 si vero habet aliquod tanquam pabulum studij,  
 atque doctrinae, nihil est otiosa senectute iucun-  
 dius. Mori videbamus in iudicio dimetiendi pae-  
 ne caeli atque terrae Gallus, familiarem patris  
 tui, Scipio. quoties illum lxx, noctu aliquid de-  
 scribere ingressum, quoties nox oppressit, cum  
 mane caepisset? quam delectabat eum, defectio-  
 nes solis, & lunae multo robis ante praedicere?  
 Quid in leuioribus studis, sed tamē acutis? quā  
 gaudebat bello suo Punio Naeuius? quam Tru-  
 culento Plautus? quam Pseudolo? vidi etiam  
 senem Liuium: qui, cum septem annis ante,  
 quam ego natus sum, abulam docuisset, Cen-  
 thone, Tuditanoq, consulibus, usque ad adole-  
 scentiam

Sulpiciū  
 Galū, de  
 quo li. I.  
 & in Læ-  
 lio, in ex-  
 tremo, &  
 apud Pli-  
 nium.

vixit igit  
 Catonis  
 etate.



scientiam neam processit etate. Quid de P. Li-  
 cini Crasi & pontifici, & civilis oris studio  
 loquar? aut de huius P. Scipionis, qui his pauci-  
 diebus pontifex maximus factus est? atque eos  
 omnes, uos commemoravi, his studiis flagran-  
 tes sene vidimus. M. vero Cethegum, quem re-  
 ste suave medullam dixit Ennius, quanto stu-  
 dio exceri in dicendo videbamus etiam senem?  
 Quæ sunt igitur epularum, aut ludorum, aut  
 scortorum voluptates cum his voluptatibus co-  
 paranda? Atque hæc quidem studia doctri-  
 nae prudentibus, & bene institutis pariter cum eta-  
 te crescunt: ut honestum illud Solonis sit, quod  
 ait orficulo quodam, ut ante dixi, senescere se  
 multa in dies discentem: qua voluptate animi nul-  
 la cetera potest esse maior. Venio nunc ad volu-  
 ptatis agricolarum: quibus ego incredibiliter de-  
 lectar: quæ nec ulla impediuntur senectute, &  
 mit ad sapientis vitam proxime videntur acce-  
 dere. habent enim rationem cum terra; quæ nun-  
 quam recusat imperium, nec unquam sine usura  
 reddit, quod accepit, sed alias minore, plerun-  
 que maiore cum fenore. quanquam me quidem  
 non fructus modo, sed etiam ipsius terræ vis, ac  
 ratura delectat. quæ cum gremio mollito, ac sub-  
 lecto sparsum semen excepit, primum id occatum  
 cohibet; ex quo occatio, quæ hoc efficit, nomi-  
 nata est: deinde tepesactum vapore, & com-  
 plexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex

vide lib.  
 de claris  
 orat.

impen-  
 dium, legē  
 dum vide-  
 tur, ut ad  
 Atti. li. 6.  
 ep. 1.

uide quae  
eleganter  
ea, quae  
agricultu-  
ram per-  
tinent, ex-  
plicet: cum  
latine or-  
ationis  
facultate  
quocumque  
uellet, in-  
genii pre-  
stantia, tra-  
duceret.

fic dice-  
batur, lixus  
mare de-  
fendit, et  
arcet.

eo viriditatem: quae nixa fibris stirpium sensim  
adulescit, et mox erecta geniculato, vaginis iam  
quasi pubescens includitur: è quibus cum emer-  
sit, fundit frugem spica ordine fructam, et con-  
tra avium minorum morsus munitur vallo ari-  
starum. Quid ego vitium satus, ortus, in remen-  
ta commemorem? satiari delectatione non pos-  
sum: ut meae senectutis requietem, oblectamen-  
tumque noscatis. Omitto enim vim ipsam om-  
nia, quae generantur è terra, quae ex feni tan-  
tulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cetera-  
rum frugum, ac stirpium minutissimis seminibus  
tantos truncos, ramosque procreat: malleoli plan-  
tae, sarmenta, viuiradices, propagines nomine ea  
efficiunt, ut quemuis cum admiratione delectentur  
vitis quidem, quae natura caduca est, nisi fulta est,  
fertur ad terram: eadem, ut se erigat, claviulis  
suis, quasi manibus, quidquid est nata, comple-  
ctitur: quam serpentem multiplici lapsu, et ir-  
ratico, ferro amputans coercet ars agricolarum,  
ne siluescat sarmentis, et in omnes partes nimia  
fundatur: itaque ineunte vere, in iis, quae rei-  
cta sunt, existit tanquam ad articulos sarment-  
rum ea, quae gemma dicitur: a qua Oriens vi-  
se ostendit; quae et succo terrae, et calore Solis aug-  
scens, primo est peracerba gustatu: deinde mati-  
rata dulcescit, vestitaque pampinis nec modico tē-  
pore caret, et nimios solis defendit ardores: quae  
quid potest esse cum fructu letius, tam aspectu

pul-

pulchrius? cuius quidem non utilitas me solum,  
 ut ante dixi, sed & cultura, & natura ipsa dele-  
 ctat, adminiculorum ordines, capitum iugatio,  
 religatio, & propagatio vitium, sarmentorum  
 ea, quam dixi, aliorum amputatio, aliorum im-  
 missio. Quid ego irrigationes, quid agri fossiones,  
 repastinationesq; proferam, quibus fit multo  
 terra fecundior? Quid de utilitate loquar ster-  
 corandi? dixi in eo libro, quem de rebus rusticis  
 scripsi: de qua doctus Hesiodus ne verbum qui-  
 dem fecit, cum de cultura agri scriberet. Ho-  
 merus, qui multis, ut mihi videtur, ante seculis  
 fuit, Laertem lenientem desiderium, quod capie-  
 bat è filio, colentem agrum, & eum stercoran-  
 tem facit. Nec verò segetibus solum, & pratis,  
 & vineis, & arbuſtis res rustica læta sunt, sed  
 hortis etiam, atque pomarijs, tum pecudum pa-  
 stu, apum examinibus, florum omnium varia-  
 te: nec consitiones modo delectant, sed etiã inſi-  
 tiones: quibus nihil inuenit agricultura solertius.  
 Possum persequi multa oblectamenta rerum ru-  
 sticarum: sed ea ipsa, quæ dixi, fuisse sentio lon-  
 giora: ignoscetis autem: nã & studio rerum ru-  
 sticarũ prouectus sum: & senectus est natura lo-  
 quacior: ne ab omnibus eã vitis videar vindica-  
 re. Ergo in hac vita Man. Curius, cū de Samni-  
 tibus, de Sabinis, de Pyrrho triũphasset, cõsum-  
 psit extremũ tẽpus ætatis: cuius ego villam con-  
 tẽplans, (abest enim non longè à mea) admirari

qui nunc  
 extat.

rei rusti-  
 cæ partes  
 segetes,  
 prata, vi-  
 neæ, arbu-  
 ſta, horti,  
 apũ exa-  
 mina.

villa Cu-  
 rij, nul-  
 lo sum-

ptu, nu  
lo orna  
tu extru  
cta.

oppressū  
ante quā  
potire-  
tur ele-  
gans, nec  
tamē fa-  
tis notū,  
loquēdi  
genus. a-  
libi, occu-  
pauit te  
fortuna.

satis non possum vel hominis continentiam, vel tē-  
porum disciplinam. Cuius ad focum sedenti ma-  
gnum auri pondus Samnites cum attulissent, re-  
pudiati ab eo sunt; non enim, aurum habere, præ-  
clarum sibi videri dixit, sed us, qui haberent au-  
rum, imperare; poterat ne tantus animus non  
efficere iucundam senectutem? Sed venio ad a-  
gricolas; ne à me ipso recedam. In agris erant  
tunc senatores, idest senes: siquidem aranti L.  
Quinctio Cincinnato nuntiatum est, eum dicta-  
torem esse dictum. cuius dictatoris iussu, magi-  
ster equitum C. Seruilius Ahala Sp. Melium,  
regnum appetentem, occupatum interemit. a  
villa in senatum accersebantur & Curius, et ce-  
teri senes: ex quo, qui eos accersebant, viatores  
nominati sunt: num igitur eorum senectus mise-  
rabilis fuit, qui se agricultione oblectabant? mea  
quidem sententia, haud scio, an ulla possit esse  
beatior vita: neque solum officio, quod hominum  
generi uniuerso cultura agrorum est salutaris: sed  
& delectatione, quam dixi, & saturitate, copia-  
que rerum omnium, quæ ad victum hominum,  
ad cultum etiam deorum pertinent. Et quoniam  
hæc quidam desiderant, in gratiam iam cum vo-  
luptate redeamus: semper enim boni, assiduique  
domini referta cella vinaria, olearia, & pena-  
ria est; villaq; tota locuples abundat porco, hæ-  
do, agno, gallina, lacte, caseo, malle. iam, hor-  
tum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant.

condi-

conditiora facit hæc superuacaneis operis aucu-  
 pium, atque venatio. Quid de pratiorum vici-  
 tate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, oli-  
 uetorumve specie dicam? breui præcidam. agro  
 bene culto nihil potest esse nec usu uberius, nec  
 specie ornatius: ad quem fruendum non modo nõ  
 retardat, uerum etiam inuitat, atque allectat se-  
 nectus. ubi enim potest illa ætas aut calefcere uel  
 apricatione melius, uel igni? aut uicissim um-  
 aquis ue refrigerari salubrius? Sibi habeant  
 tur arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clau-  
 pilam, sibi nationes, atque cursus? nobis seni-  
 bus ex lusionibus multis talos relinquunt, & tes-  
 seras, id ipsum, utrum lubebit: quoniam sine his  
 beata esse senectus potest. Multa ad res peruti-  
 les Xenophontis libri sunt: quos legite, quæso,  
 studiose, ut facitis. quàm copiose ab eo agricul-  
 tura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re fa-  
 miliari, qui Oeconomicus inscribitur? atque, ut  
 intelligatis nihil ei tam regale uideri, quàm stu-  
 dium agri colendi, Socrates in eo libro loquitur  
 cum Critobulo, Cyrum minorem, Persarum re-  
 gem, præstanti ingenio, atque imperij gloria,  
 cum Lysander Lacedæmonius, uir summæ vir-  
 tutis, venisset ad eum Sardis, eiq; dona à socijs at-  
 tulisset, & ceteris in rebus comẽ erga Lysandrũ  
 atq; humanum fuisse, & ei quendam conseptum  
 agrum, diligenter consitum, ostendisse: cum au-  
 tẽ admiraretur Lysander & proceritates arbo-  
 rum,

senib<sup>9</sup> ta-  
 lorũ, &  
 tesserarũ  
 lusus cõ-  
 ceditur.

Xeno-  
 phõtis li-  
 bri per-  
 utiles.

in re mi-  
 litari: tã-  
 à Cono-  
 ne naua-  
 li pugna  
 postre-  
 mo, vict<sup>9</sup>  
 est.

Iustinus  
 lib. 6.

rum,

C I C E R O N I S

rum, & directos quincuncem ordines, & humura subactam, atque puram, & suauitatem odorum, qui afflarentur e floribus, tum eum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, a quo essent illa dimensa, atque descripta: & ei Cyrum respondisse: atqui ego sum omnia ista dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum meæ manu sunt satæ: tum Lysandrum, intuentem puram eius, & nitorem corporis, ornatum Perseum multo auro, multisq; gemmis, dixisse: recte vero te Cyre beatum ferum, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta est. Hac igitur fortuna frui licet senibus: nec ætas impedit, quo minus & ceterarum rerum, & in primis agri colendi studia teneamus usque ad ultimum tempus se-

quæ Li-  
uui Ale-  
xandro  
Magno  
cõparat i  
re belli-  
ca.

apex se-  
nectutis  
auctori-  
tas.  
de Fin. li.  
2. in ex-  
tremo.

nectutis M. quidem Valerium Coruinum ad cen-  
tesimũ annum accepimus vitam perduxisse, cum  
esset acta iam ætate in agris, eosq; coleret: cuius  
inter primum & sextum consulatum octo &  
quadraginta anni interfuerunt. ita, quantũ spa-  
tium ætatis maiores ad senectutis initiũ esse vo-  
luerunt, tantus illi cursus honorum fuit. atque  
huius extrema ætas hoc beatior, quàm media,  
quòd auctõritatis habebat plus, laboris minus.  
apex autem senectutis auctõritas. Quanta fuit in  
L. Cæcilio Metello, quãta in Atilio Calatino, in  
quem illud elogium, Vnicum plurimè con-  
fentiunt gentes, populi primarium fuisse

se

se virum . notum est carmen incisum sepulcro .  
iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium es-  
set fama consentiens. Quē virum nuper P. Cras-  
sum, pontificem maximum, quem postea M. Le-  
pidum, eodem sacerdotio præditum, vidimus?  
quid de Paullo, aut Africano loquar? aut iam  
ante de Maximo? quorum non in sententia solū,  
sed etiam in nutu residebat auctoritas. Hæc  
senectus, honorata præsertim, tantam auctori-  
tatem, ut ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ  
voluptates. sed in omni oratione memētote eam  
me laudare senectutem, quæ fundamentis ado-  
lescentiæ constituta sit. ex quo efficitur id, quod  
ego magno quondam cum assensu omnium dixi,  
miseram esse senectutem, quæ se oratione defen-  
deret. non cani, non rugæ repente auctoritatem  
afferre possunt: sed honeste acta superior ætas fru-  
ctus capit auctoritatis extremor. hæc enim ipsa  
sunt honorabilia, quæ videntur leuia, atque com-  
munia, salutari, appeti, decedi, assurgere, dedu-  
ci, reduci, consuli: quæ & apud nos, & in alijs  
ciuitatibus, ut quæque optime morata, ita dili-  
gentissime obseruantur. Lysandrum Lacedæ-  
monium, cuius modo mentionem feci, dicere  
aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimū do-  
micilium senectutis. nusquam enim tantum tri-  
buitur ætati; nusquam est senectus honoratior.  
quin etiam memoriæ proditum est: cum Athenis,  
ludis, quidam in theatrum grandis natu  
venis-

Fabio, cū  
quo se  
militasse  
iā dixit.

miseram se-  
nectus, q̄  
se oratio-  
ne defen-  
dit.

Lacedæ-  
mone do-  
miciliū  
senectu-  
tis hone-  
stissimū.

qui senectuti honoré habebant. venisset, magno consessu locum ei nusquã datum à suis ciuibus: cum autem ad Lacedæmonios accessisset, qui, legati cum essent, certo in loco con-

Gellius *libr. II. c. 15.* sederant, consurrexisse omnes, & senem sessum recepisse: quibus cum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex ijs quendam,

Athenienses scire, quæ recta essent, sed facere augurū.

Ille. *Multa in nostro collegio præclara, sed hoc, quo agimus, in primis, quòd, ut quisque ætate procedit, ita sententiæ principatum tenet: neque solum honore antecedentibus, sed ijs etiam, qui cum imperio sunt, maiores natu augures anteponuntur. Quæ sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis præmijs comparandæ? quibus qui splendide vsi sunt, ijs mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec, tanquam inexercitati histriones, in extremo actu corruisse. At sunt morosi, & anxij, & iracundi, & difficiles senes:*

morū vitia sunt, quæ senectuti tribuunt

non omnis naturæ vetustate coalescit.

*si quærimus, etiam auari: sed hæc morum vitia sunt, non senectutis. ac morositas tamen, & ea vitia, quæ dixi, habent aliquid excusationis, non illius quidem iustæ, sed quæ probari posse videatur. contemni se putant, despici, illudi: præterea in fragili corpore odiosa omnis offensio est. quæ tamen omnia dulciora fiunt & moribus bonis, et artibus: id quod cum in vita, tum in scena intelligi potest ex ijs fratribus, qui in *Adelphis* sunt. quanta in altero duritas, in altero comitas? sic se res habet. ut enim non omne vinū, sic non omnis*

natur



*natura vetustate coalescit . seueritatem in senectute probo, sed eam, sicut alia, modicam ; acerbitate nullo modo. auaritia vero senilis quid scire velit, non intelligo. potest enim quidquam esse absurdius, quam, quo minus via restat, eo plus viatici quaerere? Quarta restat causa, quae maxime angere, atque sollicitam habere nostram aetatem videtur, appropinquatio mortis, quae certe a senectute non potest longe abesse. o miser senem, qui mortem contemnendam esse in longa aetate non viderit: quae aut plane negligenda est, si omnino extinguit animum; aut etiam optanda, si aliquid eum deducit, ubi sit futurus aeternus. atqui tertium certe nihil inueniri potest. quid igitur timeam, si aut non miser post mortem, aut beatus etiam futurus sum? quanquam quis est tam stultus, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperum esse victurum? quin etiam aetas illa multo plures, quam nostra, mortis casus habet: facilius in morbos incidunt adolescentes: grauius aegrotant: tristius curantur: itaque per pauci veniunt ad senectutem. quod ni ita accideret, melius, & prudentius viueretur. mens enim, & ratio, & consilium in senibus est: qui si nulli fuissent, nullae omnino ciuitates fuissent. Sed redeo ad mortem impendentem. Quod illud est crimen senectutis, cum illud videatis cum adolescentia esse commune? sensi ego tum in optimo filio meo, tum in expectatis ad amplissimam dignitatem*

*seuera,  
non acer  
a, debet  
ectus  
esse.*

*mens, ra-  
tio, con-  
siliu in  
senibus.*

Paulli a  
 lijs, q ad  
 huc pue  
 ri sūt c  
 tincti. Li  
 uius, &  
 alij.

gnitatem fratribus tuis. Scipio, omni ætati mor-  
 tem esse communem. At sperat adolescens, diu  
 esse victurum; quod sperare idem senex non po-  
 test. Insipienter sperat. quid enim stultius, quàm  
 incerta pro certis habere, falsa pro veris? At se-  
 nex ne quod speret quidem habet. Est eo meliore  
 conditione, quàm adolescens; cum id, quod spe-  
 rat ille, hic iam consecutus est. ille vult diu viue-  
 re, hic diu vixit. quanquam, ò dij boni, quid est  
 in hominis vita diu? da enim supremum tempus:  
 expectemus Tartessorum regis ætatem. fuit  
 enim, ut scriptum video, Argantonius quidẽ Ga-  
 dibus, qui octoginta regnavit annos, centum &  
 viginti vixit. sed mihi ne diuturnũ quidem quid-  
 quam videtur, in quo est aliquid extremum. eum  
 enim id aduenit, tunc illud, quod præterijt, efflu-  
 xit: tantum manet, quod virtute, & recte factis  
 sis consecutus: horæ quidem cedunt, & dies, &  
 menses, & anni; nec præteritum tempus unquã  
 reuertitur; nec, quid sequatur, sciri potest. quod  
 cuique temporis ad viuẽdum datur, eo debet esse  
 contentus. neque enim histrioni, ut placeat, per-  
 agenda fabula est, modo, in quocunq; fuerit actu,  
 probetur: neque sapienti vsque ad, Plaudite, ve-  
 niendum. breue enim tempus ætatis satis est lon-  
 gum ad bene, honesteq; viuẽdum, sin processeris  
 longius; non magis dolendum est, quàm agricolæ  
 dolent, præterita verni temporis suauitate, æsta-  
 tem, autumnumq; venisse. ver enim, tanquam

sic & Pli-  
 nius.  
 nihil diu  
 turnũ, in  
 quo ẽ ali-  
 quid ex-  
 tremum.

adoli

adolescentia, significat, ostenditq; fructus futu-  
 ros: reliqua tempora de percipiendis fructibus  
 percipiendis accommodata sunt. fructus autē sene-  
 ctutis est, ut saepe dixi, ante partorum bonorum  
 memoria, & copia. omnia vero, quae secundū na-  
 turam fiunt, sunt habenda in bonis. quid est autē  
 tam secundum naturam, quam senibus emori?  
 quod idem contingit adolescentibus, aduersante  
 & repugnante natura. itaq; adolescentes sic mi-  
 mori videntur, ut cum aquae multitudine fla-  
 ma vis opprimitur; senes autem, sicut cuius  
 sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis ex-  
 tinguitur. & quasi poma ex arboribus, si cruda  
 sunt, vi auelluntur; si matura, & cocta, deci-  
 dunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, seni-  
 bus maturitas: quae mihi quidem tam iucunda  
 est, ut, quo propius ad mortem accedam, quasi  
 terram videre uidear, aliquandoq; in portum ex  
 longa navigatione esse uenturus. senectutis autē  
 nullus certus est terminus: recte q; in ea uiuitur,  
 quoad munus officij exsequi, & tueri possis, &  
 tamen mortem contemnere. ex quo fit, ut ani-  
 mosior etiam senectus sit, quam adolescentia, &  
 fortior. hoc illud est, quod Pisistrato tyranno a  
 Solone responsum est, cum illi quarenti, qua tan-  
 dem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, re-  
 spondisse dicitur, senectute. Sed uiuendi finis est  
 optimus, cum, integra mente, certisq; senibus,  
 opus ipsa suum eadem, quae coagmentauit, natu-

ra

mors  
 quasi ter-  
 ra nauigantibus

Solonis  
 dictum.

ra dissoluit. ut nauem, ut ædificium idem destruit  
 & facillime, qui construxit: sic hominem eadem  
 nature, quæ conglutinavit, natura dissoluit. nam  
 omnis conglutinatio recens, ægre; inueterata, fa-  
 cile diuellitur. ita fit, ut illud breue vitæ reliquū  
 nec auide appetendum senibus, nec sine causa de-  
 serendum sit. vetat Pythagoras, iniussu impera-  
 toris, idest dei, de præsidio, & statione vitæ de-  
 here. Solonis quidem sapientis elogium est,  
 quod se negat velle suam mortem dolore amico-  
 rum & lamentis vacare. vult credo se esse carū  
 suis. sed haud scio, an melius Ennius:

Solonis,  
 & Ennij  
 sententiæ  
 diuersæ.

mors ne  
 gligēda.

ab Arūte  
 Tarqniij  
 regis fi-  
 lio, & ab  
 ipso itē  
 Arūsoc-  
 cius est.

Nemo me lacrymis coret, neq. funera fletu  
 Faxit. Non censet lugendā esse mortem, quam  
 immortalitas consequatur. Iam, sensus morien-  
 di, si quis potest esse, is ad exiguum tempus du-  
 rat, præsertim seni: post mortem quidem sensus  
 aut optandus, aut nullus est. sed hoc meditatum  
 ab adolescentia debet esse, mortem ut negligamus:  
 sine qua meditatione tranquillo esse animo  
 nemo potest. moriendū enim certe est; & id, incer-  
 tum, an eo ipso die. mortem igitur, omnibus ho-  
 ris impendentem, timens, qui poterit animo con-  
 sistere? de qua non ita longa disputatione opus es-  
 se videtur, cum recorder non L. Brutum, qui in  
 liberanda patria est interfectus; nō duos Decios,  
 qui ad voluntariam mortem cursum equorū in-  
 citauerunt; non M. Atilium, qui ad supplicium  
 est profectus, ut fidem hosti datam conseruaret;

non

non duos Scipiones, qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt: non auum tuum L. Paullum, qui morte sua tuit collegę in Caninenſi ignominia temeritatem; non M. Marcellum, cuius interitum ne crudeliſſimus quidem hostis honore ſepulturę carere paſſus eſt: ſed legiones noſtras, quod ſcripſi in Originibus, in eum ſape locum profectas alacri animo, & erecto, unde ſe nunquam redituras arbitrarentur. quod igitur adolſcentes, & ij quidem non ſolum indocti, ſed etiam ruſtici contemnunt, id docti ſenes exiſtiſcent? omnino, ut mihi quidem videtur, rerum omnium ſatietas, vitę facit ſatietatem. ſunt pueritię certa ſtudia: num igitur ea deſiderant adoleſcentes? ſunt & ineuntis adoleſcentię: num etiam conſtans requirit ætas, quę media dicitur? ſunt etiam eius ætatis: ne ea quidem a ſeneſtute quæruntur. ſunt extrema quędam ſtudia ſeneſtutis. ergo, ut ſuperiorum ætatum ſtudia occidunt. ſic occidunt etiam ſeneſtutis: quod cum euenit, ſatietas vitę tempus maturum mortis aſfert. Equidem non video, cur, quid ipſe ſentiam de morte, non audeam dicere: quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius abſum. Ego veſtros patres, P. Scipio, tuq; C. Leli, viros clariffimos, mihi amiciffimos, uiuere arbitror, & eam quidem vitam, quę eſt ſola vita numeranda. nam, dum ſumus in his incluſi compagibus corporis, munere quodam neceſſitatis, & graui

Hannibal.

idē Tuſcula. I.

ex agris  
n. in mili  
tiã profi  
ciſcebantoccidunt  
ſtudia om  
nium æta  
rum.p minus  
diſto. ſic  
locutus ē  
epi. I, ad  
Atticum.

P opere

tenuerāt  
 .n. Italiae  
 partem,  
 q̄ magna  
 Graecia  
 vocabatur.

argumē-  
 ta quat-  
 tuor ad  
 probandā  
 animorū  
 immortalitē, ex  
 Platone  
 sumpta.

opere perfungimur: est enim caelestis animus ex  
 altissimo domicilio depressus, & quasi demersus  
 in terram, locum diuinae naturae, aeternitatisque  
 contrarium: sed credo deos immortales sparsisse  
 animos in corpora humana, ut essent, qui terras  
 tuerentur, quiq; caelestium ordinem contemplan-  
 tes, imitarentur eum vitae modo; atque constan-  
 tia. Nec me solum ratio, ac disputatio impulit,  
 ita crederem, sed nobilitas etiam summorum  
 philosophorum, & auctoritas. Audiebam, Py-  
 thagoram, Pythagoreosq; incolas pene nostros,  
 qui essent Italici philosophi quondam nominati,  
 nunquam dubitasse, quin ex vniuersa mente diui-  
 na delibatos animos haberemus. Demonstra-  
 bantur mihi praeterea, quae Socrates supremo vi-  
 tae die de immortalitate animorum disseruisset,  
 is, qui esset sapientissimus oraculo Apollinis iudi-  
 catus. Quid multa? sic mihi persuasi, sic sentio;  
 cum tanta celeritas sit animorum, tanta memo-  
 ria praeteritorum, futurorumq; prudentia, tot ar-  
 tes, tot scientiae, tot inuenta, non posse eam na-  
 turam, quae res eas contineat, esse mortalem:  
 cumq; animus semper agitetur, nec principium  
 motus habeat, quia ipse se moueat, nec finem qui-  
 dem habiturum esse motus, quia nunquam se ip-  
 se sit relicturus: & cum simplex animi sit natu-  
 ra, neque habeat in se quidquam admistum, dis-  
 par sui, atque dissimile, non posse eum diuidi:  
 quod si non possit, non posse interire: magnoq; es-

se

se argumēto, homines scire pleraque ante quam nati sint, quòd iam pueri, cum artes difficiles discant, ita celeriter res innumerabiles arripiant, ut eas non tum primum accipere videantur, sed remanesci, & recordari. Hæc Platonis fere. Apud Xenophontem autē moriens Cyrus maior hæc dicit: Nolite arbitrari, ò mihi charissimi filij, me, cum à vobis discessero, nusquam, aut nullum fore: nec enim, dum eram vobiscum, eorum meum videbatis: sed, eum esse in hoc corpore, ex ijs rebus, quas gerebam, intelligi: eundem igitur esse creditote, etiam si nullam videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus. mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos, dū in corporibus essent mortalibus, uiuere, cum exissent ex ijs, emori: nec vero tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore euasisset: sed, cum omni admistione corporis liberatus, purus, & integer esse cœpisset, tum esse sapientem: atque etiam, cum hominis natura morte dissoluitur, cæterarum rerum, perspicuum est, quòd quæque discedat: abeunt enim illuc omnia, unde orta sunt: animus autem solus nec, cum adest, nec, cum discedit, apparet. Iam vero, videtis nihil morti tam esse simile, quàm somnū: atqui dormientiū animi maximè declarant diuinitatem suam. multa enim, cum remissi

argumen-  
ta sex Xe-  
nophon-  
tis pro a-  
nimotū  
æternita-  
te.

Ouid. l. 2.  
Am. Stul.

te, qui  
somnia  
gelidæ  
si mortis  
imago.

mundum  
vniuersū.

uterq; pe  
rijt in Hi  
spania.

li. II. off.  
in extre-  
mo dixit,  
vel belli,  
vel domi

& liberi sunt, futura prospiciunt. ex quo intelli-  
gitur, quales futuri sint, cum se planè corporis  
vinculis relaxarint. Quare, si hæc ita sunt: sic  
me colitote, inquit, ut Deum: sin interiturus una  
est animus cum corpore: vos tamen deos veren-  
tes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur, &  
regunt, memoriam nostri pie, inuiolateq; serua-  
bitis. Cyrus quidem hæc moriens: nos, si placet,  
tra videamus. Nemo unquam mihi, Scipio,  
peccabit, aut patrem tuum Paullū, aut duos  
audet Paullum, & Africanum, aut Africani pa-  
trem, aut patruum, aut multos præstantes viros,  
quos enumerare non est necesse, tanta esse cona-  
tos, quæ ad posteritatis memoriam pertinerent:  
nisi animo cernerent, posteritatem ad se pertine-  
re. An censes (ut de meipso aliquid more senum  
glorier) me tantos labores, diurnos, nocturnosq;  
domi, militiæ suscepturum fuisse, si iisdem fini-  
bus gloriam meam. quibus vitam, essem ter-  
minaturus? nonne melius multo fuisset, otio-  
sam ætatem, & quietam, sine ullo labore, aut  
contentione, traducere? sed nescio quo modo ani-  
mus erigens se, posteritatem semper ita prospicie-  
bat, quasi, cum excessisset euita, tum denique ui-  
cturus esset. quod quidem ni ita se haberet, ut ani-  
mi immortales essent: haud optimi cuiusque ani-  
mus maxime ad immortalitatis gloriam nitere-  
tur. Quid, quòd sapientissimus quisque æquis-  
simo animo moritur, stultissimus iniquissimo? non

ne





ne uobis uideatur animus, is, qui pius cernat, & longius, uidere se ad meliora proficisci? illi autem, cuius obtusior sit acies, non uidere? eundem efferor studio patres uestros, quos colui, & dilexi, uidendi. neque uero eos solum conuenire aueo, quos ipse cognoui, sed illos etiam, de quibus audiui, & legi, & ipse conscripsi. quod quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, nec tanquam Peliam recoxerit. quod si deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repueram, & in cunis uagiam: ualde recussem. nec uelim, quasi decurso spatio, ad carceres a calce reuocari. quid enim habet uita commodi? quid non potius laboris? sed habeat sane: habet certe tamen aut satietatem, aut modum. non libet enim mihi deplorare uitam? quod multi, et ij docti, sepe fecerunt. nec me uixisse paenitet: quoniam ita uixi, ut non frustra me natum existimem. & ex uita ista discedo, tanquam ex hospitio, non tamquam ex domo. commorandi enim natura diuerso rium nobis dedit, non habitandi locum. o praecelsum diem, cum ad illud diuinorum animorum concilium, caetumque proficiscar? cumque ex hac turba, & colluione discedam. proficiscar enim non ad eos solum uiros, de quibus ante dixi, uerum etiam ad Catonem meum: quo nemo uir melior natus est, nemo pietate praestantior: cuius a me corpus crematum est: quod contra decuit ab illo meum: animus uero, non me deserens, sed re-

aeque  
let oes  
himi.

Iasonis  
patrem  
quem a  
Medea,  
in Iaso-  
nis gra-  
tia, medi-  
catis aq̄s  
recoctū,  
& iuuen-  
tuti resti-  
tutū, poe-  
tae fingūt.

Plutar-  
chus in  
Catone  
maiore, fi-  
liū eius

P 3 spectans,

virū d  
 mum .  
 eo sepo  
 in lib  
 nomina  
 ri, prodi  
 dit:periif  
 se autem  
 cum bel  
 lum gere  
 ret reip.  
 caussa.

Spectans, in ea profecto loca discessit, quò mibi ip  
 se credebatur esse veniendum: quem ego meum ca  
 sam fortiter ferre visus sum: nò quo æquo animo  
 ferrem: sed me ipse consolabar, existimans non  
 longinquum inter nos digressum, & discessum fo  
 re. His mibi rebus, Scipio, (id enim te cū Lælio  
 admirari solere dixisti) leuis est senectus, nec solū  
 non modesta, sed etiam iucunda. quòd si in hoc er  
 rore quòd animos hominū immortales esse credā:  
 libenter erro: nec mibi hunc errorē, quo delector,  
 dum vivo, extorqueri volo. si mortuus, ut qui  
 dam minuti philosophi censent, nihil sentiā: non  
 vereor, ne hunc errorem meum philosophi mor  
 tui irrideant: quòd si non sumus immortales fu  
 turi: tamen, extingui homini suo tempore, optabi  
 le est: nam habet natura, ut aliarum omnium re  
 rum, sic viuendi modum: senectus autem per a  
 ctio ætatis est, tanquam fabulę: cuius defatigatio  
 nem fugere debemus, præsertim adiuncta satieta  
 te. Hæc habui, de senectute quæ dicerē: ad quam  
 utinam perueniatis: ut ea, quæ ex me audistis,  
 re experti probare possitis.

M. TVL-

III

M. TVLLII CICERONIS  
LÆLIVS, VEL DE

A M I C I T I A .

AD T. POMPONIVM ATTICVM.

*Dialogi personæ.*

FANNIVS, SCAEVOLA, LÆLIVS

*MVCIVS* augur multa narravit de  
*C. Lelio*, socero suo, memoriter &  
*Q.* iucundæ solebat, nec dubitare illum  
in omni sermone appellare sapien-  
tem: ego autem a patre ita eram deductus ad  
Scaevolam, sumpta virili toga; ut, quoad possem,  
& mihi liceret, a senis latere nunquam discede-  
rem: itaque multa ab eo prudenter disputata,  
multa breuiter, & commode dicta, memoria  
mandabam; fieriq; studebam eius prudentia do-  
ctior. quo mortuo, me ad pontificem Scaevolam  
contuli: quem vnum nostræ ciuitatis & ingenio,  
& iustitia præstantissimum audeo dicere: sed de  
hoc alias. nunc redeo ad augurem. Cum saepe  
multa narraret, tum memini, domi in hemicyclo  
sedentem, ut solebat, cum & ego essem vna, &  
pauci admodum familiares, in eum sermonem il-  
lum incidere, qui tum fere erat multis in ore. me  
ministi enim profecto, ut opinor, Attice, & eo  
magis, quòd P. Sulpicio utebare multum, cum

fic & ipse  
& Cato  
cæforius  
appellati  
sunt. vide  
l. 3. off. &  
in proœ-  
mio de se-  
nectute,  
& hic in-  
fra.

P 4 is

is tribunus pl. capitali odio à Q. Pompeio, qui  
 tum erat consul, dissiduit, quicum coniunctissi-  
 me, & amantissime vixerat, quanta hominum  
 esset vel admiratio, vel querela. itaque tum Scæ-  
 uola, cum in eam ipsam mentionē incidisset, ex-  
 posuit nobis sermonem Lælij de amicitia, habi-  
 tum ab illo secum, & cum altero genero C. Fan-  
 nio, M. filio, paucis diebus post mortem Afri-  
 cani. cuius disputationis sententiæ memoriæ mād-  
 daui: quas in hoc libro exposui meo arbitratu.  
 quæ enim ipsos introduxi loquentes; ne, inquā,  
 & inquit, sæpius interponeretur; atque id eo fe-  
 ci, ut tanquā a presentibus coram haberi sermo  
 videretur: cum enim sæpe mecum ageres, Atti-  
 ce, ut de amicitia scriberem aliquid: digna mihi  
 res tum omnium cognitione, tum nostra familia-  
 ritate visa est: itaque feci non inuitus, ut prodes-  
 sem multis tuo rogatus: sed, ut in Catone maiore,  
 qui est scriptus ad te de senectute, Catonem indu-  
 xi senem disputantem; quia nulla videbatur ap-  
 tior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quàm  
 eius, qui & diutissime senex fuisset, & in ipsa se-  
 nectute præ cæteris florisset: sic, cum accepisse-  
 mus a patribus, maximè memorabilem C. Læ-  
 lij, & P. Scipionis familiaritatem fuisse: idonea  
 mihi Lælij persona visa est, quæ de amicitia ea ip-  
 sa differeret, quæ disputata ab eo meminisset ma-  
 gister meus Scæuola. genus autem hoc sermo-  
 num, positum in hominum veterum auctoritate,

quòd re-  
 uera non  
 loqueret  
 cū essent  
 mortui.

nihil. n.  
 vtilius,  
 quā ea co-  
 gnoscere  
 quæ tū ad  
 instituen-  
 dam, tum  
 ad cōser-  
 uandam  
 amicitia  
 pertinet.

in iure ci-  
 uili.



& eorum illustrium, plus nescio qua pacto vide-  
 tur habere grauitatis. itaque ipse mea legens sic  
 afficior interdum, ut Catonem, non me, loqui  
 existimem. sed, ut tum ad senem senex de sene-  
 ctute, sic in hoc libro ad amicum amicissimus de  
 amicitia scripsi. tum est Cato locutus, quo erat  
 nemo fere senior temporibus illis, nemo pruden-  
 tior: nunc Lælius, & sapiens, (sic enim est ha-  
 bitus) & amicitiae gloria excellens, de amicitia  
 loquitur. tu velim à me animum parumper  
 uertas, Lælium loqui ipsum putes. C. Fabius,  
 & Q. Mucius ad socerum veniunt post mor-  
 tem Africani: ab ijs sermo oritur: respondet  
 Lælius: cuius tota disputatio est de amicitia: quã  
 legens tu ipse cognosces. FAN. Sunt ista vera,  
 Læli. nec enim melior vir fuit Africano quis-  
 quam, nec clarior. sed existimare debes, omnium  
 oculos in te esse coniectos. unum te sapientem, et  
 appellant, & existimant. tribuebatur hoc modo  
 M. Catoni. scimus L. Acilium apud patres no-  
 stros appellatum esse sapientem: sed vterque alio  
 quodam modo: Acilius, quia prudens esse in iu-  
 re ciuili putabatur: Cato, quia multarum rerum  
 usum habebat, multaq; eius & in senatu, & in  
 foro vel prouisa prudenter, vel acta constanter,  
 vel responsa acute ferebantur, propterea qua-  
 si cognomen iam habebat in senectute sapien-  
 tis. te autem alio quodam modo dicunt, non so-  
 lum natura, & moribus, verum etiam studio,

minoris :  
 quẽ à P-  
 pinqs oc-  
 cisum ef-  
 se, suspi-  
 cio fuit.  
 de som-  
 nio Scip.

hunc nõ  
 noiat lib.  
 3. off. sed  
 Catonẽ  
 duntaxat  
 & Læliũ.

&

Socratē  
107.

chi mos  
l. r. de Di  
uin. signi  
ficatur.

pro, obi-  
re solitus  
sum. nam  
hoc ver-  
bū cōsue-  
tudinē si-  
gnificat.  
de off. l. 2.

et doctrina esse sapientem; nec sicut vulgus, sed  
ut eruditi solent appellare sapientem; qualem in  
reliqua Græcia neminem. nam, qui septem ap-  
pellantur, eos, qui ista subtilius quærent, in nu-  
mero sapientem non habent. Athenis unum ac-  
cepimus, et eum quidem etiam Apollinis ora-  
culo sapientissimum iudicatum. hanc esse in te sa-  
pientiam existimant, ut omnia tua in te posita  
recte ducas, humanosque casus virtute inferiores  
prospicias. itaque ex me quærent, credo ex hoc item  
Scævola, quoniam pacto mortem Africani feras,  
eoque magis, quod his proximis nonis, cum in hor-  
tos D. Bruti auguris, cōmentandi causa, ut as-  
solet, venissemus, tu non affuisti, qui diligentis-  
sime semper illum diem, et illud munus solitus  
esses obire. SCAE. Quærent quidem, C. Læli,  
multi, ut est à Fannio dictum: sed ego id respon-  
deo, quod animaduerti; te dolorem; quem acce-  
peris tum summi viri, tum amantissimi morte,  
ferre moderate, nec potuisse non commoueri,  
nec fuisse id humanitatis tuæ: quod autem his no-  
nis in collegio nostro non affuisses, valetudinem  
causam, non mæstitiam fuisse. LAE. Recte tu  
quidem, Scævola, et vere. nec enim ab isto of-  
ficio, quod semper usurpavi cum valerem, abdu-  
ci incommodo meo debui: nec ullo casu arbitror  
hoc constanti homini posse contingere, ut vlla in-  
termisio fiat officij. Tu autem, Fanni, quod mi-  
hi tantum tribui dicis, quatum ego nec agnosco,

nec

nec postulo, facis amice. sed, ut mihi videris, non recte iudicas de Catone. aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut, si quisquam, ille, sapiens fuit. quo modo enim (ut alia omittam) mortem filij tulit? memineram Paullum, videram Caium: sed hi nec cōparantur Catoni, maximo, & spectato viro. quamobrem caue Catoni anteponas ne istum quidem ipsum, quē Apollo, ut ais, sapientissimum iudicavit: huius enim facta, illius dicta laudantur. De me autem (ut iam cum utroque loquar) sic habetote. Ego si Scipionis desiderio me moueri negem; quā id recte faciam, viderint sapientes: sed certe mentiar. moueor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo vnquam erit, & ut confirmare possum, nemo certe fuit. sed non egeo medicina: me ipse consolor, & maxime illo solatio, quōd eo errore careo, quo, amicorum decessu, plerique angī solent. nihil enim mali accidisse Scipioni puto. mihi accidit, si quid accidit. suis autem incommodis grauitē angī, non amicum, sed se ipsum amātis est. Cum illo vero quis neget actum esse praeclare? nisi enim, quod ille minime putabat, immortalitatem optare vellet; quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? qui summā spem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, continuo adolescens incredibili virtute superauit: qui consulatum petijt nunquam, factus est consul bis, primum ante tempus, iterum sibi

C. Sulpiciū Gallū vide 116. tam. li.

4.

est. n. con-  
trouersia,  
vtrū nihil  
oīno do-  
lendum.

hoc & in  
libro de  
claris o-  
rat. dixit,  
cū de obi-  
tu Hor-  
tensij lo-  
queret.

ortis  
fedit  
bus.

sibi suo tempore, reip. pæne sero: qui, duabus  
 tribus euersis, inimicissimis huic imperio, non  
 modo præsentia, verum etiam futura bella dele-  
 uit. quid dicam de moribus facillimis? de pietate  
 in matrem, liberalitate in sorores, benignitate in  
 suos, iustitia in omnes? hæc nota sunt uobis. quàm  
 autem ciuitati carus fuerit, mærore funeris indi-  
 catum est. Quid igitur hunc paucorum annorũ  
 accessio inuare potuisset? senectus enim, quamuis  
 non sit grauis, ut nemini Catonem anno ante,  
 quem mortuus est, mecum, & cum Scipione dis-  
 serere, tamen aufert eam viriditatem, in qua  
 etiam nũc erat Scipio. quamobrem vita quidem  
 talis fuit vel fortuna, vel gloria, ut nihil posset  
 accedere: moriendi autem sensum celeritas abstu-  
 lit. quo de genere mortis difficile dictu est: quid  
 homines suspicentue, videtis. hoc tamen vere li-  
 cet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in  
 vita celeberrimos, lætissimosq; viderit, illum  
 diem clarissimum fuisse, cum, senatu dimisso, do-  
 mum reductus ad vesperã est à patribus conscri-  
 ptis, à populo R. socijs, & Latinis, pridie quàm  
 excessit è vita: ut ex tã alto dignitatis gradu ad  
 superos videatur potius, quàm ad inferos, per-  
 uenisse. neque enim assentior ijs, qui hæc nuper  
 differere cæperunt, cũ corporibus simul animos  
 interire, atque omnia morte deleri. plus apud me  
 antiquorum auctoritus ualet, vel nostrorũ ma-  
 iorum, qui mortuis tam religiosa iura tribuerũt;

de pteri-  
to: pro e-  
tiã tunc.  
quod ali-  
bi quoq;  
legimus.  
suspica-  
bant, ve-  
neno sub  
latum.

focij; &  
Latini, ve-  
teres di-  
cebãt, p,  
focij La-  
tini: quod  
aliõ lo-  
co multis  
verbis o-  
stẽdimus.

quod



quod non fecissent profecto, si nihil ad eos perti-  
nere arbitrarentur; uel eorum, qui in hac terra  
fuerunt, magnamq; Græciam, quæ nunc quidem  
deleta est, tunc florebat, institutis, & præceptis  
suis erudierunt; uel eius, qui Apollinis oraculo  
sapientissimus est iudicatus. qui non tum hoc, tum  
illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper,  
animos hominum esse diuinos, usque, cum è cor-  
pore excessissent, reditum ad cælum patere, opti-  
moq; & iustissimo cuique expeditissimum. quem  
idem Scipioni videbatur: qui, idem quasi præ-  
sagiret, per paucis ante mortem diebus, cum &  
Philus, & Manilius adessent, & alij plures,  
tuq; etiam, Scauola, mecum venisses, triduum  
disseruit de rep. cuius disputationis fuit extremum  
fere de immortalitate animorum: quæ se in quie-  
te per visum ex Africano audisse dicebat. Id si  
ita est, ut optimi cuiusque animus in morte facil-  
lime euolet tanquam è custodia, vinculisq; cor-  
poris: cui censemur cursum ad deos faciliorem fuis-  
se, quam Scipioni? quocirca, merere hoc eius e-  
uentu, vereor, ne inuidi magis, quam amici sit.  
Sin autem illa ueriora, ut idem interitus sit ani-  
morum, & corporum, nec ullus sensus maneat:  
ut nihil boni est in morte, sic certe nihil mali. sen-  
su enim amisso, fit idem, quasi natus non esset  
omnino: quem tamen esse natum, & nos gaude-  
mus, & hæc ciuitas, dum erit, letabitur. Quã-  
obrem cum illo quidem, ut supra dixi, actum

optime

Italia  
10. tit. Py  
thagorã,  
& Pytha-  
goreos si  
gnificat  
vide 108

in somnio  
Scipionis  
quæ pars  
fuit extre-  
ma lib. 6.  
de rep.

optime est, mecum autem incommodius, quem  
 fuit, equius, ut prius introicram in vitam, sic  
 prius exire de vita. sed tamen recordatione no-  
 stræ amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar,  
 quia cum Scipione vixerim: quocum mihi coniu-  
 eta cura de republica, & de privata fuit: quo-  
 cum domus fuit, & militia communis, & id, in  
 quo est omnis vis amicitiae, voluntatum, studio-  
 rum, sententiarum summa consensio. itaque non  
 in ista me sapientiae, quam modo Fannius com-  
 memoravit, fama delectat, falsa praesertim;  
 quam, quod amicitiae nostrae memoriam spero  
 sempiternam fore: idque mihi eo magis est cordi,

Thefeus, quod ex omnibus saeculis vix tria, aut quattuor  
 & Pyri- nominantur paria amicorum. quo in genere spe-  
 thous: rare videor Scipionis amicitiam, & Laelii notam  
 Achilles, posteritati fore. FAN. Istud quidem, Laeli, ita  
 & Patro- necesse est: sed, quoniam amicitiae mentionem  
 clus: Ore- fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris,  
 ftes, & Py spero item Scaeuolae, si, quemadmodum soles de  
 lades: Da ceteris rebus, cum ex te quaeruntur, sic de ami-  
 mon, & citia disputabis, quod sentias, qualem existimes,  
 Pythias. praepcepta des. SCAE. Mibi vero pergra-  
 vide li. I. tum hoc erit. atque id ipsum cum tecum agere co-  
 de Fin. narer, Pannius anteuertit. quamobrem utrique  
 nostrum gratum admodum feceris. LAE. Ego  
 vero non grauarer, si mihi ipse confiderem. nam  
 & praecleara visa res est: et sumus, ut dixit Fan-  
 nius, otiosi. sed quis ego sum? aut quae in me est

facul

facultas? doctorum est ista consuetudo, eaq; Græcorum, ut ijs proponatur, de quo disputēt quamuis subito. magnum opus est, egetq; exercitatione non parua. quamobrem, quæ disputari de amicitia possunt, ab eis, censeo, petatis, qui ista profitentur. ego vos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis. nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniēs ad res vel secundas, vel aduersas. Sed hoc primum sentio, nisi si in bonis amicitiam esse non posse: neque id ad viuum refeco, ut illi, qui subtilius differunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum. negant enim quunquam virum bonum esse, nisi sapientem. sit ita sane: sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo est consecutus. nos autem ea, quæ sunt in usu, vitaq; communi, non ea, quæ finguntur, aut optantur, sperare debemus. nunquā ego dicam C. Fabricium, Man. Curium, Ti. Cornucanium, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. Quare sibi habeant sapientiæ uomen, & inuidiosum, & obscurum; concedantq;, ut hi boni viri fuerint. ne id quidem facient: negabunt id, nisi sapienti, posse concedi. agamus igitur pingui Minerva, ut aiunt. Qui ita se gerunt, ita uiuunt, ut ut eorum probetur fides, integritas, æquitas, liberalitas; nec sit in eis ulla cupiditas, vel liaido, vel audacia; sintq; magna constantia, ut hi fuerint,

nisi in bonis amicitia esse non potest

non exquisitis argumentis.

tunt,

runt, quos modo nominavi: hos viros bonos, ut  
 habiti sunt, sic etiam appellandos putemus; qui  
 sequuntur, quantum homines possunt, naturam,  
 optimam recte viuendi ducem. sic enim mihi per  
 spicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes  
 esset societas quaedam, maior autem, ut quisque  
 proxime accederet. itaque ciues potiores sunt,  
 quam peregrini; & propinqui, quam alieni. cum  
 his enim amicitiam natura ipsa peperit: sed ea  
 non satis habet firmitatis. nanque hoc praestat  
 amicitia propinquitati, quod ex propinquitate  
 beneuolentia tolli potest, ex amicitia autem non  
 potest. sublata enim beneuolentia, amicitiae no-  
 men tollitur, propinquitatis manet. quanta autem  
 vis amicitiae sit, ex hoc intelligi maxime potest,  
 quod ex infinita societate generis humani, quam  
 conciliauit ipsa natura, ita contracta res est, &  
 adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter  
 duos, aut inter paucos iungeretur. Est autem  
 amicitiae nihil aliud, nisi omnium diuinarum, hu-  
 manarumque rerum cum beneuolentia, & cari-  
 tate summa consensio. qua quidem haud scio an,  
 excepta sapientia, quidquam melius homini sit a  
 dijs immortalibus datum. diuitias alij praepouunt,  
 bonam alij valetudinem, alij potentiam, alij ho-  
 nores, multi etiam voluptates. belluarum hoc  
 quidem extremum est: illa autem superiora ca-  
 duca, & incerta, posita non tam in nostris con-  
 silijs, quam in fortunae temeritate. qui autem in

virtu

qua  
 prorsus  
 non h. cae.

amicitia  
 praestat pro  
 pinquitati.

amicitiae  
 definitio.



ipsa delectat, & prodest, sed de vera, & perfe-  
 Et loquor; qualis eorum, qui pauci nominan-  
 tū, fuit. nam & secundas res splendidiores fa-  
 cit amicitia, & aduersas partiens cōmunicansq;  
 leuiores. cumq; plurimas, & maximas commo-  
 ditates amicitia contineat, tum illa nimirū prae-  
 stat omnibus, quòd bona spe praelucet in posterū,  
 nec debilitari animos, aut cadere patitur. uerum  
 enim amicum qui intuetur; tanquam exemplar  
 aliquod intuetur sui. quocirca et absentes adsunt  
 & gentes abundant; & imbecilles ualent; &  
 quòd difficilius dictu est, mortui uiuunt: tantus  
 eos honos, memoria, desiderium prosequitur a-  
 micorum. ex quo illorum beata mors uidetur,  
 horum vita laudabilis. Quòd si exemeris ex na-  
 tura rerum beneuolentiæ coniunctionem: nec do-  
 mus ulla, nec urbs stare poterit; ne agri quidem  
 cultus permanebit. id si minus intelligitur; quan-  
 ta vis amicitiae, concordiaeq; sit, ex dissensionibus,  
 atque ex discordijs percipi potest. quæ enim  
 domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est,  
 quæ nō odijs, atque dissidijs funditus possit euer-  
 ti? ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudica-  
 ri potest. Agrigentinum quidem, doctum quen-  
 dam virum, carminibus græcis vaticinatum fe-  
 runt; quæ in rerum natura, totoq; mundo con-  
 starent, quæq. mouerentur, ea contrahere ami-  
 citiam, dissipare discordiam. atque hoc quidem  
 omnes mortales & intelligunt, & re probant.  
 itaque

Empedo-  
 clé. vide  
 Plaut. in  
 li. de Isi-  
 de, & Osi-  
 ride: quã  
 quam ali-  
 ter Arist.  
 li. 8. ethi-  
 corū, &

itaque, si quando aliquod officium existit amici  
 in periculis aut adeundis, aut communicandis,  
 quis est, qui id non maximis efferat laudibus,  
 qui clamores tota cauea nuper, hospitis, & ami-  
 ci mei, M. Pacuij in noua fabula? cum, igno-  
 rante rege, vter eorum esset Orestes, Pylades  
 Orestem se esse diceret, vt pro illo necaretur; O-  
 restes autem, ita ut erat, Orestem se esse perse-  
 ueraret. stantes autem plaudebant in re ficta.  
 quid arbitramur in uera fuisse facturos? facile  
 indicabat ipsa natura vim suam; cum homines,  
 quod facere ipsi non possent, id recte fieri in alte-  
 ro iudicarent. Haecenus mihi videor, de amici-  
 tia, quod sentirem, potissime dixisse. si qua praeter-  
 terea sunt, (credo autem esse multa) ab ijs, si  
 videbitur, qui ista disputant, quaeritote. FAN.  
 Nos autem a te potius, quanquam etiam ab  
 istis saepe quaesui, & audiui, non intuitus equi-  
 dem: sed aliud quoddam experimus filum ora-  
 tionis tuae. SCAE. Tum magis id diceres Fanni,  
 si nuper in hortis Scipionis, cum de republica di-  
 sputatum est, affuisses. qualis tum patronus iusti-  
 tiae fuit contra accuratam orationem Philij? FAN.  
 Facile id quidem fuit, iustitiam, iustissimo vi-  
 ro, defendere. SCAE. Quid amicitiam? non  
 ne facile ei erit, qui ob eam, summa fide, constan-  
 tia; iustitiaq. seruatam, maximam gloriam ce-  
 perit? LAE. Vim hoc quidem est asferre. quid  
 enim refert, qua me ratione cogatis? cogitis cer-

Simpl. li.  
 1. Phys. &  
 or. 1. de  
 celo.

liculi  
 nome tra  
 gœdię ca  
 uea non  
 nulli pu-  
 rüt, cū  
 sit area i  
 teatro.

LIBER  
 I

LIBER  
 I

LIBER  
 I

hanc di-  
 sputatio-  
 nē Cice-  
 ro sex li.  
 de rep. cō-  
 plexus  
 est.

te. Studijs enim generorum, presertim in re  
 bona, cum difficile est, tum ne æquum quidem  
 consistere. Sæpissime igitur mihi de amicitia co-  
 gitanti, maxime illud considerandum videri so-  
 let, num propter imbecillitatem, atque inopiam  
 desideranda sit amicitia, ut in dandis, recipien-  
 disq; meritis, quod quisque minus per se posset,  
 id acciperet ab alio, vicissimq; redderet; an es-  
 set hoc quidem proprium amicitia, sed antiquior  
 & pulchrior, & magis à natura ipsa profecta  
 alia causa esset. amor enim, ex quo amicitia est  
 nominata, princeps est ad benevolentiam coniu-  
 gendam. nam utilitatès quidem etiam ab ijs per-  
 cipiuntur sæpe, qui simulatione amicitia colun-  
 tur, & observantur temporis causa: in amicitia  
 autem nihil fictum, nihil simulatum; &  
 quidquid in ea est, id & verum, & voluntariu  
 est. quapropter à natura mihi videtur potius,  
 quàm ab indigentia, orta amicitia, applicatione  
 magis animi cum quodam sensu amandi, quàm  
 cogitatione, quantum illa utilitatis esset habitu-  
 ra. quod quidem quale sit, etiam in bestijs qui-  
 busdam animadverti potest, quæ ex se natos ita  
 amant ad quoddam tempus, & ab eis ita aman-  
 tur, ut facile earum appareat sensus. quod in ho-  
 mine multo est evidentius: primum ex ea carita-  
 te, quæ est inter natos, & parentes, quæ dirimi  
 nisi detestabili scelere non potest: deinde, cum  
 similis sensus extitit amoris, si aliquem nacti su-  
 mus

mus



mus, cuius cum moribus, & natura congrua-  
 mus: quòd in eo quasi lumen aliquod probitatis  
 & virtutis perspicere videamur. nihil est enim  
 amabilius virtute; nihil, quod magis alliciat ho-  
 mines ad diligendū: quippe cū propter virtutem,  
 & probitatem eos etiam, quos nunquā vidimus,  
 quodam modo diligamus. quis est, qui C. Fabri-  
 cij, M. Curij cum caritate aliqua, & benevolē-  
 tia memoriam non usurpet, quos nūquam vide-  
 rit? quis autem est, qui Tarquinium Superbum,  
 qui Sp. Cassium, Sp. Melium non oderit? cum  
 duobus ducibus de imperio in Italia decertatum  
 est, Pyrrho, & Hannibale. ab altero, propter  
 probitatem eius, non alienos animos habemus:  
 alterum, propter crudelitatem eius, semper hæc  
 civitas oderit. quòd si tanta vis probitatis est, ut  
 eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod  
 maius est, in hoste etiam diligamus: quid mirū,  
 si animi hominum moveatur, cum eorum, qui-  
 buscum usu coniuncti esse possunt, virtutem, &  
 bonitatem perspicere videantur? quanquam cō-  
 firmatur amor & beneficio accepto, & studio,  
 perspecto, & consuetudine adiuncta. quibus re-  
 bus ad illum primum motum animi, & amoris  
 adhibitis, admirabilis quædam exardescit bene-  
 volentiæ magnitudo. quam si qui putant ab im-  
 becillitate proficisci, ut sit per quam quisq; asse-  
 quatur quod desideret: humilem sane relinquūt,  
 & minime generosum, ut ita dicam, ortum ami-

vire ma-  
 xime om-  
 nium re-  
 rū bene-  
 uolentiā  
 ciliat.

cui Vi-  
 scellino  
 cognomē  
 fuit.

probita-  
 tē etiam  
 in hoste  
 diligim⁹.

amorem  
 quę con-  
 firment.

citiæ : quam ex inopia, atque indigentia natam  
 volunt. quod si ita esset; ut quisque minimum in  
 se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptis-  
 simus. quod longè secus est: ut enim quisque sibi  
 plurimum confidit, & ut quisque maxime virtu-  
 disq; amite, & sapientia sic munitus est, ut nullo egeat,  
 citiis. suaq; omnia in se ipso posita iudicet: ita in amici-  
 tijs expetendis, colendisq; maximè excellit: quid  
 enim? Africanus erat indigens mei? minimè her-  
 cule. at ne ego quidem illius; sed ego admiratio-  
 ne quadam virtutis eius, ille vicissim opinione for-  
 auget be tasse non nulla, quam de n eis moribus habebat,  
 neuolen- me dilexit: auxit benevolentia consuetudo: sed  
 tia cōsue- quanquam utilitates multæ, & magnæ consecu-  
 tudo. tæ sunt: non sunt tamen ab earum spe causæ dili-  
 gendi profectæ: ut enim benefici, liberalesq; su-  
 mus, ut non exigamus gratiam, (neque enim be-  
 neficium feneramus) sed natura propensi ad libe-  
 r alitatem sumus: sic amicitiam, non spe mercedis  
 adducti, sed quòd eius omnis fructus in ipso amo-  
 re inest, expetendam putamus. Ab ijs verò, qui  
 sed pp se pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, lon-  
 ipsam ex- ge dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil  
 peritur. magnificum, nec diuinum suspicere possunt, qui  
 omnes suas cogitationes abiecerunt in rem tam  
 bumilem, tamq; contemptam. quamobrem hos  
 quidem ab hoc sermone remoueamus: ipsi autem  
 intelligamus, a natura gigni sensum diligendi, &  
 benevolentia charitatē, facta significatione pro-  
 bitatis:

bitatis : quam qui appetiuerunt , applicant sese ,  
 & propius admouent , ut & usu eius , quem dili-  
 gere cœperunt , fruantur , & moribus ; sintq; pa-  
 res in amore , & æquales , propensioresq; ad be-  
 ne merendum , quàm ad reposcendum ; atque hæc  
 inter eos sit honesta certatio . sic & utilitates ex  
 amicitia maxime capientur : & erit eius ortus à  
 natura , quàm ab imbecillitate , grauior , & ve-  
 rior : nam si utilitas amicitias conglutinaret , ea-  
 dem cõmutata dissolueret : sed , quia natura mu-  
 tari non potest , iccirco veræ amicitia sempiter-  
 nae sunt . Ortũ quidẽ amicitia videtis : nisi quid  
 adhuc fortè vultis . F. A. N. Tu verò perge , Læli .  
 pro hoc enim , qui minor est natu , meo iure re-  
 spondeo . S. C. A. E. Recte tu quidem . quamob-  
 rem audiamus . L. A. E. Audite vero optimi vi-  
 ri ea , quæ sæpissime inter me , & Scipionem de  
 amicitia differebantur : quanquam ille quidẽ ni-  
 hil difficilius esse dicebat , quàm amicitia vsque  
 ad extremum vitæ diem permanere : nam , vel  
 ut non idem expediret utrique , incidere sæpe , vel  
 ut de republica non idem sentirent : mutari etiã  
 mores hominum sæpe dicebat , alias aduersis re-  
 bus , alias ætate ingrauescente : atque earum re-  
 rum exemplum ex similitudine capiebat inuen-  
 tis ætatis : quòd summi puerorum amores sæpe  
 una cum prætexta , sumpta toga , deponeren-  
 tur : sin autem ad adolescentiam perduxissent ,  
 dirimi tamen interdum , vel luxuriæ contentio-

naturanõ  
 mutatur :

amicitia  
 nõ facile  
 pmanet  
 ad extre-  
 mũ vitæ  
 diem .

puto hoc  
 delendũ .

Q 4 ne,

ne, vel commodi alicuius, quod idem adipisci  
 uterque non posset: quod si qui longius in ami-  
 citia prouecti essent, tamen saepe labe factari,  
 si in honoris contentionem incidissent: pestem  
 enim maiorem esse nullam in amicitys, quam  
 in plerisque pecunia cupiditatem, in optimis qui-  
 busque honoris certamen, & gloria: ex quo  
 inimicitias maximas saepe inter amicissimos ex-  
 titisse: magna etiam dissidia, & plerunque iusta  
 nasci, cum aliquid ab amicis, quod rectum non  
 esset, postularetur, ut aut libidinis ministri, aut  
 adiutores essent ad iniuriam: quod qui recusa-  
 rent, quamuis honeste id facerent, ius tamen a-  
 micitia deserere arguerentur ab ijs, quibus ob-  
 sequi nollent: illos autem, qui quiduis ab amico  
 auderent postulare, postulatione ipsa profite-  
 ri omnia se amici causa esse facturos: eorū que-  
 rela inueterata non modo familiaritates extin-  
 gui solere, sed etiā odia gigni maxima, atq; sem-  
 piterna: haec ita multa, quasi fata, impendere  
 amicitys, ut omnia subterfugere, non modo sa-  
 pientia, sed etiam felicitatis diceret sibi videri.  
 Quamobrē id primū videamus, si placet, quate-  
 nus amor in amicitia progredi debeat. Num, si  
 Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriā  
 arma illi cum Coriolano debuerunt? num Viscelli-  
 num amici regnum appetentem, num Sp. Me-  
 lium iuuare debuerunt? Tiberium quidem Grac-  
 chum, remp. vexantem, a Q. Tuberone, equa-  
 libusq;

peste in  
 amicitia  
 sunt pecu-  
 nia cupi-  
 ditates, &  
 ambitu

multa im-  
 pedent a-  
 micitijs.

quatenus  
 amor in  
 amicitia  
 progredi  
 debeat.

libusq; amicis derelictū videbamus. at C. Blossius Cumanus, hospes familiae vestrae, Scauola, cum ad me, qui aderam Lænati & Rutilio consulibus in consilio, deprecatum uenisset, hanc, ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti Ti. Gracchum fecisset, ut, quidquid ille vellet, sibi faciendum putaret. tum ego, etiam ne, si te in Capitolium faces ferre uellet? nunquā, inquit, uoluisset id quidem: sed, si uoluisset, paruissim. videtis, quā nefaria uox. & hercle ita fecit, uel plus etiam, quā dixit: non enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed praefuit; nec secum comitem illius furoris, sed ducem praebuit: itaque hac amētia, quæstione noua perterritus, in Asiā profugit; ad hostes se cōtulit; pœnas reip. graues. instasq; persoluit. nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaueris. nam cū conciliatrix amicitiae uirtutis opinio fuerit; difficile est amicitiam manere, si a uirtute defeceris. quod si rectum statuerimus, uel concedere amicis, quidquid uelint? uel impetrare ab amicis, quidquid uelimus: perfecta quidem sapientia sumus, si nihil habeat res uitij: sed loquimur de ijs amicis, qui ante oculos sunt, quos uidemus, aut de quibus memoriam accepimus, quos nouit uita communis. ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt, & eorum quidem maxime, qui ad sapientiam proxime accedunt. Videmus Papum Aemilium C. Luscinio familiarem fuisse, (sic a patribus

in quo,  
quid agē  
dum con  
tra socios  
Ti. Grac  
chi, deli  
berabat.

non est  
peccandū  
amicitiae  
causa.  
concilia  
trix ami  
citiae vir  
tutis opi  
nio.

bus

bus accepimus) bis una consules, & collegas in  
 censura. tum etiam cum ijs, & inter se coniun-  
 ctissimos fuisse Man. Curium, & Ti. Corunca-  
 nidum, memoria traditum est. igitur ne suspicari  
 quidem possumus, quenquam horum ab amico  
 quippiam contendiſſe, quod contra fidem, contra  
 iusiurandum, contra remp. eſſet. nam hoc qui-  
 dem in talibus viris quid attinet dicere? ſi contē-  
 diſſet, ſcio impetraturum nō fuiſſe: cum illi ſan-  
 ctissimi viri fuerint; & que autem nefas ſit, tale  
 aliquid & facere rogatum, & rogare. At vero  
 Ti. Gracchum ſequebantur C. Carbo, C. Cato, et  
 minime tunc quidem Caius frater, nunc idem  
 acerrimus hoſtis. Hæc igitur prima lex in ami-  
 citia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec  
 faciamus rogati. turpis enim excuſatio eſt, &  
 minime accipienda cum in ceteris peccatis, tum  
 ſi quis contra remp. ſe amici cauſſa feciſſe fatea-  
 tur. etenim eo loco, Fanni, & Scæuola, locati  
 ſumus, ut nos longe proſpicere oporteat futuros  
 caſus reip. deflexit enim iam aliquantulū de ſpa-  
 tio, curriculoq; conſuetudo maiorum. Ti. Grac-  
 chus regnum occupare conatus eſt, vel regnavit  
 is quidem paucos meſes. num quid ſimile popu-  
 lus R. audierat, aut viderat? hunc etiam poſt  
 mortem ſecuti amici, & propinqui quid in P.  
 Scipionem effecerint, ſine lacrymis non queo di-  
 cere. nam Carbonem quoque, quem modo po-  
 ſuimus, propter recentem pœnam Ti. Gracchi

ſuſtinui-

amicitiæ  
 prima  
 lex.

regnauit  
 enim ne-  
 mo poſt  
 eiectos re-  
 ges.

sustinuerimus. de C. Gracchi autem tribunatu quid cæsus est  
 exspectem, non libet augurari. serpit enim dein- ab Opi-  
 de res, quæ proclivis ad perniciem, cum sem- io con-  
 cæpit, labitur. videtis, in tabella iam ante quan- fule.  
 ta sit facta labes, primo Gabinia lege, biennio au-  
 tem post Cassia. videre iam videor populum R. &  
 senatu disiunctum, multitudinisq; arbitrio res  
 maximas agi. plures enim discent, quemadmo-  
 dum hæc fiât, quàm quemadmodum his resista-  
 tur. Quorsum hæc? quia sine socijs nemo quid-  
 quam tale conatur. Præcipiendum est igitur bo- bonis pro-  
 nis, ut, si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo cipiendū,  
 inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab a-  
 micis in magna re aliqua in rep. peccantibus non  
 discedant. improbis autem pœna statuenda est, improbis  
 nec minor vero ijs, qui secuti erunt alterū, quàm pœna sta-  
 ijs, qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior tuenda.  
 in Græcia Themistocle, quis potentior, qui cum  
 imperator bello Persico servitute Græciã libe-  
 rasset, propterq; invidiam in exsilium pulsus es-  
 set, ingratae patriæ iniuriam non tulit, quam fer-  
 re debuit. fecit idem, quod viginti annis ante  
 apud nos fecerat Coriolanus. his adiutor contra  
 patriam inuentus est nemo. itaque mortem sibi aliter Li-  
 vterque conscivit. quare talis improborum con- uius, &  
 sensio non modo excusatione amicitiae legenda Atticus  
 non est, sed potius omni supplicio vindicanda; ut de Corio-  
 ne quis sibi cōcessum putet, amicum, bellum pa- lano, de  
 triæ inferentem, sequi. quod quidem, ut res ire Themis-  
 cæpit, tocle au-  
 tem Cli-

carchus, cæpit, haud scio an aliquando futurum sit. mihi  
 & Strato- autem non minori cura est, qualis res post mor-  
 cles. vic- tem meã futura sit, quã qualis hodie sit. Hec  
 li. de cla- igitur prima lex amicitia sãciatur, ut ab amicis  
 ris orat. honesta petamus, amicorũ causa honesta facia-  
 mus; nec exspectemus quidem, dum rogemur;  
 sed studium semper adsit, cunctatio absit; consi-  
 lium libere dare gaudeamus; plurimum in ami-  
 citia amicorum bene, suadentiũ valeat auctori-  
 tas: eaq; adhibeatur ad mouendum non modo

nõ aper- aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, & ad-  
 re solum, hibita pareatur. Nam quibusdam, quos audio  
 acriter e- sapientes habitos in Græcia, placuisse opinor mi-  
 tiã monē rabilia quædam. sed nihil est, quod illi non perse-  
 di sunt quãtur suis argutis; partim fugiẽdas esse nimias  
 amici. amicitias, ne necesse sit, unum sollicitum esse pro  
 pluribus; satis superq; esse sibi suarum cuiq; re-  
 rum curam; alienis nimis implicari molestũ es-  
 se; commodissimum esse, quam laxissimas habe-  
 nas habere amicitia, quas vel adducas, cum ve-  
 lis, vel remittas: caput enim esse ad beate uiuen-  
 dum securitatem; qua frui non possit animus, si  
 tanquam parturiat unus pro pluribus. Alios  
 autem dicere aiunt etiam multo inhumanus, quẽ  
 locum breuiter perstrinxi paullo ante: præsidij,  
 adiumentiq; causa, non beneuolentia, neque  
 caritatis, amicitias esse expetendas: itaque, ut  
 quisq; minimum firmitatis habeat, minimumq;  
 virium, ita amicitias appetere maxime: ex eo  
 fieri,

caput est  
 ad beate  
 viuẽdum  
 securitas



feri, ut mulierculæ magis amicitiarum præsidia  
 querant, quàm viri; & inopes, quàm opulenti:  
 & calamitosi, quàm ij, qui putantur beati. Q  
 præclarã sapientiam. solem enim è mundo tol-  
 lere videntur, qui amicitiam è vita tollunt: qua  
 nihil à dijs immortalibus melius habemus, nihil  
 incūdius. quæ est enim ista securitas? specie qui-  
 dem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda  
 est. neque enim est consentaneum, vllam hone-  
 stam rem, actionemve, ne sollicitus sis, aut non  
 suscipere, aut susceptam deponere. quòd si curã  
 fugimus; virtus fugienda est; quæ, necesse est, ut  
 cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur,  
 atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia  
 libidinem, ignauiam fortitudo. itaque videas re-  
 bus iniustis iustos maxime dolere, imbecillibus  
 fortes, flagitiosis modestos. ergo hoc proprium  
 est animi bene constituti, & lætari bonis rebus,  
 & dolere contrarijs. quamobrem si cadit in sa-  
 piẽtem animi dolor, qui profecto cadit, nisi ex e-  
 ius animo extirpatam humanitatẽ arbitremur  
 quæ caussa est, cur amicitiam funditus tollamus  
 e vita, ne aliquas propter eam suscipiamus mole-  
 stias? quid enim interest, motu animi sublato,  
 non dico inter pecudem, & hominem, sed inter  
 hominem, & saxum, aut truncum, aut quiduis  
 generis eiusdem? Neque enim sunt isti audiendi,  
 qui uirtutem duram & quasi ferream esse uo-  
 lunt: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in  
 ami-

solem è  
 mūdo tol-  
 lunt, qui  
 amicitia  
 è vita tol-  
 lunt.

securita-  
 tis caussa  
 nõ est ho-  
 nestũ ne-  
 gligendũ.

animi be-  
 ne consti-  
 tuti pro-  
 priũ est,  
 lætari bo-  
 nis rebus  
 dolere cõ-  
 trarijs.

ami-

diffundat *amicitia tenera, atque tractabilis; ut & bonis*  
 letitia, *amicici quasi diffundatur, & incommodis contra-*  
 trahatur *hatur. quamobrem angor iste, qui pro amico se-*  
 mœrore. *pe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e-*  
*vita amicitiam; nō plus, quā ut virtutes, quia*  
*non nullas curas, & molestias afferunt, repu-*  
 cōtrahit *dientur. Cum autem contrahat virtus amicitia,*  
 virtus *ut supra dixi, si qua significatio virtutis eluceat,*  
 micitiant *ad quā se similis animus applicet, & adiungat:*  
*id cum contingit, amor ibi exoriatur necesse est.*  
*quid enim tam absurdum, quā delectari multis*  
*inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut ædificio,*  
*ut uestitu, cultuq; corporis; animo autem virtu-*  
 exculat *te prædito, eo, qui vel amare, vel, ut ita dicam,*  
 verbi no- *redamari possit, non admodum delectari? nihil*  
 uitatem. *est enim remuneratione benevolentia, nihil vicif-*  
 nam reda *situdine studiorum, officiorumq; iucundius. quod*  
 mo, inusi *si etiam illud addimus, quod recte addi potest, ni-*  
 tatum. *hil esse, quod ad se rem vllam tam alliciat, &*  
*contrahat, quā ad amicitiam similitudo: con-*  
 ad amici- *cedatur profecto verum esse, ut bonos boni di-*  
 tiam fini *ligant, adsciscantq; sibi quasi propinquitate con-*  
 litudo af- *iunctos, atque natura. nihil est enim appetentius*  
 ficit. *similium sui, nihil rapacius, quā natura. Quā-*  
*obrem hoc quidem, Fanni, & Scœvola, constat,*  
 bonis in- *ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariū be-*  
 ter bonos *nevolentiam esse: qui est amicitia fons à natura*  
 quasi ne- *constitutus. sed eadem bonitas etiam ad multitu-*  
 cessaria *dinem pertinet. non est enim inhumana virtus,*  
 beneuo- *neque*  
 lentia.

neque

neque superba; quæ etiam populos uniuersos tue-  
 ri, eiq; optime consulere soleat: quod non faceret  
 profecto, si à caritate vulgi abhorreret. Atque  
 etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis caus-  
 sa fingunt amicitias, amabilissimum nodum ami-  
 citiæ tollere. nõ enim tam utilitas parata per ami-  
 cum, quàm amici amor ipse delectat: tumq; il-  
 lud fit, quod ab amico est profectum, incundum,  
 si cum amore, & studio est profectum: tantumq;  
 abest, ut amicitia propter indigentiam colantur,  
 ut ij, qui opibus, & copijs, maximeq; virtute  
 præditi, in qua plurimum est præsidij, minime  
 alterius indigeant, liberalissimi sint, & benefi-  
 centissimi. atque haud scio an ne opus sit quidem,  
 nihil unquã omnino deesse amicis. ubi enim stu-  
 dia nostra viguissent, si nunquã studio, nunquam  
 consilio, nõquam opera nostra nec domi, nec mi-  
 litia Scipio eguisset? non igitur utilitatem ami-  
 citia, sed utilitas amicitiam secuta est. non ergo  
 erunt homines diuitijs affluentes audiendi, si quã-  
 do de amicitia, quam nec usu, nec ratione habent  
 cognitam, disputabunt. nam quis est, pro deum  
 fidem, atque hominum, qui uelit, ut neque dili-  
 gat quenquam, nec ipse ab ullo diligatur, circum-  
 fluere omnibus copijs, atque in omnium rerum  
 abundantia uiuere? hæc enim est tyrannorum ui-  
 ta nimirum: in qua nulla fides, nulla caritas, nul-  
 la stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia: omnia  
 semper suspecta, atque sollicita, nullus locus est

plus, quã  
 utilitas,  
 delectat  
 amici a-  
 mor.

non uti-  
 litatẽ a-  
 micitia,  
 sed utili-  
 tas ami-  
 citiã se-  
 quitur.

tyranno-  
 rum vita:

ami-

nemo diligit quem metuit.

ex quo illud Ennij: Quem metuunt, oderunt, li. II. off. 45.

amicitiæ. quis enim aut eum diligat, quem metuit; aut eum, a quo se metui putat? coluntur tamen simulatione amicitiæ duntaxat ad tēpus. quòd si forte, ut fit plerunque, ceciderint? tum intelligitur, quàm fuerint inopes amicorum. quod Tarquinius dixisse ferunt, tum; cum exsul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosq. infidos, cum iam neutris gratiam referre posset. quanquam miror, in illa superbia, & importunitate si quenquam habere potuit. atque ut huius, quem dixi, mores veros amicos parare nō potuere: sic multorum opes prepotentium excludunt amicitiās fideles. non enim solū ipsa fortuna cæca est, sed eos etiam plerunque efficit cæcos, quos complexa est. itaque illi efferuntur fastidio fere, & contumacia: neque quidquam insipiente fortunato intolerabilis fieri potest. Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari; sperniq. ab ijs ueteres amicitiās, & indulgeri nouis. quid autem stultius, quàm, ut plurimum copijs, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quæ parant, pecuniam, equos, famulos, vestes gregias, vasa pretiosa; amicos non parare, optimam, & pulcherrimam vitam, ut ita dicam, supellectilem? etenim cetera cum parant, cui parent, nesciunt, nec cuius causa laborent: eius enim est istorū quodque, qui vincit viribus: amicitiarum sua cui-

mores fortuna mutant.

amici, op  
timam vitam  
Supellex

que

que permanet stabilis, & certa possessio; ut, etiam si illa maneant, quæ sunt quasi dona fortuna, tamen vita inculta, & deserta ab amicis, non possit esse iucunda. sed hæc hæctenus. Constituendi autem sunt, qui sint in amicitia fines, & quasi termini diligendi. de quibus tres video ferri sententias, quarum nullam probo, unam, ut eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmet ipsos; alteram, ut nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos benevolentia pariter, æqualiterq. respondeat; tertiam, ut, quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis. harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. nec enim illa prima vera est, ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. quàm multam enim, quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum? precari ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem inuehi, insectariq. vehementius: quæ in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime multæ quoque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahiq. patiuntur, ut ijs amici potius, quàm ipsi, fruantur. Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officijs, ac voluntatibus. hoc quidem est nimis exigue, & exiliter ad calculos reuocare amicitiam; ut par si ratio acceptorum, & datorum. ditior mihi, & affluentior videtur esse vera amicitia, nec observare, stricte, ne plur reddat, quàm

de amici  
tiae termi  
nis.

amicorum  
causa  
multa fa  
cimus, q  
nostram  
facere  
mus.

vera ami  
citia non  
obser  
uat, ne  
plus red-

R

acce-

dat, quā acceperit. neque enim verendum est, ne quid ex-  
 cidat, aut ne aliquid in terram defluat, aut ne  
 plus æquo quid in amicitia congeratur. Tertius  
 vero ille finis deterrimus, ut, quanti quisque se  
 ipse faciat, tanti fiat ab amicis. sæpe enim in qui-  
 busdam aut animus abiectior est, aut spes ampli-  
 ficandæ fortunæ fractior. non est igitur amici, ta-  
 lem esse in eum, qualis ille in se est, sed potius e-  
 niti, & efficere, ut amici iacentem animum ex-  
 citet, inducatq; in spem, cogitationemq; melio-  
 rem. Alius igitur finis veræ amicitia constituen-  
 dus est, si prius, quid maxime reprehendere Sci-  
 pio solitus sit, edixero. Negabat ullam vocem  
 inimiciorem amicitia potuisse reperiri, quàm e-  
 ius, qui dixisset, ita amare oportere, ut aliquan-  
 do esset osurus: nec vero se adduci posse, ut hoc  
 quemadmodum putaretur, a Biante dictum esse  
 crederet, qui habitus esset vnus e septem; sed im-  
 puri cuiusdam, aut ambitiosi, aut omnia ad suam  
 potentiam reuocantis, esse sententiam. quoniam  
 enim modo quisquam amicus eius esse poterit, cu-  
 ius se putabit inimicum esse posse? quin etiam ne-  
 cesse erit cupere, & optare, ut quam sæpissime  
 peccet amicus, quo plures det sibi tanquam an-  
 sas ad reprehendendum. Rursum autem recte  
 factis, commodisq; amicorum necesse erit angi,  
 dolere, inuidere. Quare hoc quidē præceptum,  
 cuiuscunque est, ad tollendam amicitiam valet.  
 Illud potius præcipiendum fuit, ut eam diligen-

tiam

Biātis di-  
 ctum, ita  
 amare  
 nos oportet,  
 ut aliquando  
 osuri simus.  
 Val. Max. l. 7.  
 c. 3.

siam adhiberemus in amicitijs comparandis, ut videndum  
 nr quando amare inciperemus eum, quem ali- est, quem  
 quando odisse possemus, quin etiam, si minus fe- a mare  
 lices in deligendo fuisset; ferendum id Scipio incipia-  
 potius, quam inimicitiarum tempus cogitandum mus. Pu-  
 putabat. His igitur finibus utendum arbitror, fricanus  
 ut, cum emendati mores amicorum sint, tum sit amicorū  
 inter eos omnium rerum, consiliorum, & volun- vitia fe-  
 tatum sine ulla exceptione communitas; ut etiā randa.  
 si qua fortuna acciderit, ut minus iustæ amicorū  
 voluntates sint adiuvandæ, in quibus eorum aut  
 de capite agatur, aut de fama, declinandum sit  
 de uia, modo ne summa turpitudine sequatur. est  
 enim, quatenus amicitia dari venia possit. Nec est quate-  
 vero negligenda est fama: nec mediocre telum ad nus ami-  
 res gerendas existimare oportet benevolentiam citia ve-  
 civium; quam blanditijs, & assentationibus col- nia dari  
 ligere, turpe est. virtus, quam sequitur caritas, possit.  
 minime repudianda est. Sed (sæpe enim redeo  
 ad Scipionem, cuius omnis sermo erat de amicitia)  
 querebatur, quod in omnibus rebus homi-  
 nes diligentiores essent: capras, & oves quot  
 quisque haberet, dicere posse: amicos quot habe-  
 ret, non posse dicere: & in illis quidem parandis  
 adhibere quasi signa quædam, & notas, quibus  
 eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent.  
 Sunt igitur firmi, & stabiles, & constantes de- constan-  
 ligendi: cuius generis est magna pænuria: & iu- tium a-  
 dicare difficile est sane, nisi expertum; experien- micorū  
 dum magna  
 pænuria.

dum autem est in ipsa amicitia: ita præcurrit ami-  
 citia iudicium, tollitq; experiendi potestatem. est  
 igitur prudentis sustinere, ut cursum, sic impetum  
 benevolentia, quo utamur, quasi a quis tentatis  
 sic amicitij, aliqua parte periclitatis moribus a-  
 micorum. Quidam saepe in parua pecunia perspi-  
 ciuntur, quàm sint leues. quidam autem, quos  
 parua mouere non potuit, agnoscuntur in ma-  
 gna. si vero erunt aliqui reperti, qui pecuniam  
 præferre amicitia, sordidum existiment: ubi eos  
 inueniemus, qui honores, magistratus, impe-  
 ria. potestates, opes amicitia non anteponant; ut,  
 cum ex altera parte proposita hæc sint, ex altera  
 vis amicitia, non multo illa malint? imbecilla e-  
 nim natura est ad cõtemnendam potentiam: quã  
 etiam si, neglecta amicitia, consecuti sunt, ex-  
 cusari se arbitrantur, quia non sine magna caussa  
 sit neglecta amicitia. itaque ueræ amicitia difficil-  
 lime reperiuntur in ijs, qui in honoribus, req; pu-  
 blica versantur. ubi enim inuenias, qui honorem  
 amici anteponat suo? Quid? (hæc ut omittam)  
 quàm graues, quàm difficiles plerisque uidentur  
 calamitatũ societates? ad quas, non est facile inu-  
 tos, qui descendat. quanquam Ennius recte,  
 Amicus certus in re incerta cernitur.  
 tamen hæc duo leuitatis, & infirmitatis pleros-  
 que conuincunt; aut si in bonis rebus contem-  
 nunt; aut si in mali, deserunt. qui igitur utraque  
 in re grauem, constantem, stabilemq; se in ami-  
 citia

ut in trã-  
 situ flu-  
 minis.

ambitio  
 sepe a-  
 micitiã  
 puerit.

imbecil-  
 la natura  
 ad contẽ-  
 nendam  
 potetiã.

Tenarius.



citia præstiterit, hunc ex maxime raro hominum  
 genere iudicare debemus. & pæne diuino. ~~firmam~~  
 mentum autem stabilitatis, constantiaq; eius,  
 quam in amicitia quærimus, fides est. nihil enim  
 stabile est, quod infidum est. simplicem præte-  
 rea, & communem, & consentientem, id est  
 qui rebus iisdem moueatur, eligi par est: quæ om-  
 nia pertinent ad fidelitatem. neque enim fidum  
 potest esse multiplex ingenium, & tortuosum.  
 neque vero, qui non iisdem rebus mouetur, &  
 natura consentit. aut fidus, aut stabilis potest es-  
 se. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut  
 inferendis delectetur amicus, aut credat illatis  
 quæ pertinent omnia ad eam, quam iam dudum  
 tracto, constantiam ita sit uerum illud, quod ini-  
 tio dixi, amicitiam nisi inter bonos esse non posse.  
 est enim boni viri, quem eundem sapientem licet  
 dicere, hæc duo tenere in amicitia; primum, ne  
 quid fictum sit, ne uel simulatum; (aperte enim  
 uel odisse, magis ingenuum est, quam fronte oc-  
 cultare sententiam.) deinde non solum ab aliquo  
 oblatas criminationes repellere, sed ne ipsum qui-  
 dem esse suspiciosum, semper aliquid existimãtem  
 ab amico esse violatum. Accedat huc suauitas  
 quedam, oportet, sermonum, atque morum  
 haud quaquam mediocre condimentum amici-  
 tiæ. tristitia autem, & in omni re seueritas ab-  
 sit. habet illa quidem gravitatem: sed amicitia  
 remissior esse debet, & liberior, & dulcior, &

fidum nõ  
 potest ef-  
 se multi-  
 plex in-  
 genium,  
 & tortuo-  
 sum.

bonus vir  
 duo te-  
 neat in a-  
 micitia.

absit ab  
 amicitia  
 seueritas

R 3 ad

atque omnem comitatem, facilitatemque proclivior.  
 Existit autem hoc loco quaedam quaestio subdiffi-  
 cilis; num quando amici novi digni amicitia, ve-  
 teribus sint anteponendi; ut equis vetulis tene-  
 ros anteponere solemus. indigna homine dubita-  
 tio, non enim amicitiarum esse debent, sicut ali-  
 arum rerum, satietates. veterrimae quaeque (ut  
 ea vina, quae vetustatem ferunt) esse debent sua-  
 vissimae verumque illud est, quod vulgo dicitur  
 multos modios salis simul edendos esse, ut amicitia  
 munus expletum sit. novitates autem, si spem  
 afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fru-  
 ctus appareat, non sunt illae quidem repudiandae:  
 vetustas tamen suo loco conservanda est: maxi-  
 ma est enim vis vetustatis, & consuetudinis, at-  
 que in ipso equo, cuius modo mentionem feci, si  
 nulla res impediatur, nemo est, qui non eo, quo con-  
 suevit, libentius utatur, quam in tremito, &  
 novo. nec modo in hoc, quod est animal, sed in  
 iis etiam, quae sunt inanimata, consuetudo valet;  
 cum locis etiam ipsis montosis delectemur, & sil-  
 vestribus, in quibus diutius commorati sumus.  
 Sed maximum est in amicitia, superiorem parem  
 esse inferiori. saepe enim excellentiae quaedam sunt:  
 qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, gre-  
 ge. nunquam se ille Philo, nunquam Rupilio,  
 nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferio-  
 ris ordinis amicis. Quintum vero Maximum,  
 fratrem, egregium virum, omnino sibi nequa-  
 quam

multi  
 modii sa-  
 lis simul  
 edendi, ut  
 explea-  
 tur mu-  
 nus ami-  
 citiae.

maximū  
 est in a-  
 micitia,  
 superio-  
 rem pa-  
 rem esse  
 inferiori  
 eiusdem  
 Paulli fi-  
 lium, sed  
 a Q. Fa-  
 bio Max.  
 adoptatū

quam parem, quod is anteibat etate, tanquam  
superiorem colebat; suosque omnes per se esse nos-  
se ampliores volebat. quod faciendum, imitan-  
dumque est omnibus; ut, si quam præstantiam vir-  
tutis, ingenij, fortunæ consecuti sunt, impartiant  
eam suis, communicentque cum proximis; ut, si  
parentibus nati sunt humilibus, si propinquos ha-  
beant imbecilliores vel animo, vel fortuna, eorum  
augeant opes, eisque honori sint, & dignitati: ut  
in fabulis, qui aliquandiu, propter ignorantiam  
stirpis, & generis, in famulatu fuerint, cum co-  
gniti sunt, & aut deorum, aut regum filij inuen-  
ti, retinent tamen caritatē in pastores, quos pa-  
tres suos multos annos esse duxerunt. quod quidē  
est multo profecto magis in veris patribus, cer-  
tisque faciendum. fructus enim ingenij, & virtu-  
tis omnisque præstantiæ tum maxime capitur,  
cum in proximum quenque confertur. Ut igitur  
ij, qui sunt in amicitia, coniunctionisque, necessi-  
tudine superiores, exæquere se cum inferioribus  
debent: sic inferiores dolere non debent, se a suis  
amicis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate  
superari. quorum plerique aut quærentur sem-  
per aliquid, aut etiam exprobrant, eoque magis,  
si aliquid habere se putant, quod officiose, aut a-  
mice, & cum labore aliquo suo factum queant  
dicere. odiosum sane genus hominum officia ex-  
probrantium: quæ meminisse debet is, in quem  
collata sunt, non commemorare, qui contulit. quæ

fructus  
virtutis  
est cari-  
ritas.  
inferio-  
res dolo-  
re nō de-  
bent, se  
ab ami-  
cis, ali-  
qua præ-  
stantia, su-  
perari.  
odiosum  
genus ho-  
minū of-  
ficia ex-  
probran-  
dum.

R 4 obrem

obrem, ut ij, qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia; sic quodam modo inferiores, extollere. sunt enim quidam, qui molestas amicitias faciunt, cum ipsi se contemni putant. quod non fere contingit nisi ijs, qui etiam contemnendos se arbitrantur: qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere levandi sunt, tantum autem cuique tribuendum est, primum, quantum ipse efficere possis; deinde etiam, quantum ille quem diligas, atque adiuves, possit sustinere. non enim tu possis, quantumvis licet excellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere: ut Scipio P. Rupilius potuit consulem efficere, fratrem eius Lucium non potuit, quod si etiam possis quidvis deferre ad alterum; videndum est tamen, quid ille possit sustinere. Omnino amicitiae, corroboratis iam, confirmatisque, & ingenijs, & aetatibus, iudicanda sunt: nec, si qui ineunte aetate venandi, aut pilae studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, quos tum eodem studio praeditos dilexerunt, isto enim modo nutrices, & paedagogi iure vetustatis plurimum benevolentiae postulant: qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. aliter enim amicitiae stabiles permanere non possunt. dispares enim mores disparia studia sequuntur. quorum dissimilitudo dissociat amicitias. nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta ma-

xima

quantum  
amicis  
tribuendum.

Tusc. 4.  
& Pli. li.  
7. c. 36.  
amicitiae  
corroboratis  
ingeniis, &  
etatibus  
iudicanda

dispares  
mores di-  
sparia stu-  
dia sequuntur.

xima potest esse, morum, studiorumq; distantia.  
 Rectè etiam præcipi potest in amicitijs, ne quis  
 intemperata quadam benevolentia, quod per sæ-  
 pe fit, impediatur magnas utilitates amicorū: nec  
 enim (ut ad fabulas redeam) Troiam Neopto-  
 lemus capere potuisset, si Lycomedem, apud  
 quem erat educatus, multis cum lachrymis iter  
 suum impediens, audire uoluisset: & sæpe in-  
 cidunt magnæ res, ut discedendum sit ab amicis:  
 quas qui impedire vult, quòd desiderium non fa-  
 cile ferat: & infirmus est, mollisq; natura, & ob  
 eam ipsam causam in amicitia parū iustus. At-  
 que in omni re considerandum est, & quid postu-  
 les ab amico, & quid patiari à te impetrari. Est  
 etiam quasi quædam calamitas in amicitijs dimit-  
 tendis non nunquam necessaria: iam enim à sa-  
 pientum familiaritatibus ad vulgares amicitias  
 oratio nostra delabitur. erumpunt sæpe vitia ami-  
 corum tum in ipsos amicos, tum in alienos: quo-  
 rum tamen ad amicos redūdet infamia. tales igitur  
 amicitie sunt remissione vsus eleuandæ, &  
 ut Catonē dicere audiui, dissiuendæ magis, quàm  
 discindendæ sunt: nisi quædam admodum intolle-  
 rabilis iniuria exarserit; ut neque rectum, ne-  
 que honestum sit, neque fieri possit, ut non sta-  
 tim alienatio, disiunctioq; faciendæ sit. sin autem  
 morum, aut studiorum commutatio quædam, ut  
 fieri solet, facta erit, aut in reip. partibus dissen-  
 sio intercesserit: (loquor enim, ut paullo ante  
 dixi,

utilitates  
 amicorū  
 impediē-  
 dæ non  
 sunt.

cōsiderā-  
 dū, & qd  
 postules  
 ab amico  
 & quid  
 patiari a  
 te impe-  
 trari.

dissiuendæ  
 amicitie,  
 nō discin-  
 dendæ.

dixi, non de sapientum, sed de communibus ami-  
 citiis )cauendum erit, ne non solum amicitia de-  
 posita, sed inimicitia etiam suscepta videatur.  
 nihil enim turpius, quam cum eo bellum gerere,  
 quicum familiariter vixeris. ab amicitia Q. Pō-  
 peij meo nomine se remouerat, ut scitis, Scipio:  
 propter dissensionem autem, quæ erat in rep. alie-  
 natus est a collega nostro Metello. utrunque egit  
 grauiter, auctoritate, & offensione animi non  
 acerba. quamobrem primum danda opera est,  
 ne qua amicorum dissidia fiât: sin tale aliquid e-  
 uenerit, ut extincta potius amicitia, quam op-  
 pressa videatur. Cauendum uero est, ne etiam  
 in graues inimicitias conuertã. se amicitia: e qui-  
 bus iurgia, maledicta, contumelia gignuntur:  
 quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt: &  
 hic bonos ueteri amicitia tribuendus est, ut is in  
 culpa sit, qui faciat, non qui patiatur iniuriam.  
 Omnino omnium horum uitiorum, atque incom-  
 modorum una cautio est, atque una prouisio, ut  
 ne nimis cito diligere incipiamus, ne ue indignos.  
 digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest  
 caussa, cur diligantur, rarum istud genus: &  
 quidem omnia præclara rara, nec quidquam dif-  
 ficilius, quam reperire, quod sit omni ex parte  
 in suo genere perfectum. sed plerique neque in re-  
 bus humanis quidquam bonum norunt, nisi quod  
 fructuosum sit, & amicos, tanquam pecudes,  
 eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se ma-  
 ximum

nihil tur-  
 pius, quã  
 inter  
 quos fue-  
 rit ami-  
 citia, ini-  
 micitias  
 exoriri  
 Macedo-  
 nico: col-  
 lega autẽ  
 Scipio —  
 nis, & Le-  
 lij in au-  
 guratu.

ne nimis  
 cito dili-  
 gere inci-  
 piamus.  
 omnia  
 præclara  
 rara, græ-  
 cum ada-  
 gium.

ximum fructum esse capturos: itaque pulcherrima illa, & maxime naturali carēt amicitia, ~~per~~ se, & propter se expetenda. nec ipsi sibi exemplo sunt, hęc vis amicitiaē qualis, & quanta sit. ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam à se ipso mercedē exigat caritatis suæ, sed quod per se sibi quisque carus est. quod nisi idem in amicitiam transferatur, verus amicus nūquam reperietur. est enim is amicus quidem, qui est tanquā alter idem. quod si hoc apparet in bestijs, volucribus, agrestibus, natantibus, cicuribus, feris, primum, ut se ipsæ diligant; (id enim pariter cū omni animante nascitur) deinde, ut requirant, atque appetant, ad quas se applicent eiusdē generis animantes; idq; faciunt cum desiderio, & cum quadā similitudine amoris humani: quāto id magis in homine fit natura? qui & se ipse diligit; & alterū acquirit, cuius animum ita cum suo cōmisceat, ut efficiat pōne unū ex duobus. Sed pleriq; peruerse, ne dicam impudenter, amicū habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: quæq; ipsi nō tribuūt amicis, hęc ab ijs desiderāt. par est autē, primum, ipsum esse virum bonum; tum, alterum similem sui quærere. in talibus ea, quam iam dudum tractamus, stabilitas amicitiaē confirmari potest, cum homines benevolentia coniuncti, primum cupiditatibus ijs, quibus cæteri seruiunt, imperabunt; deinde æquitate, iustitiāq; gaudebunt; omniaq; alter pro altero suscipiet; neque

pulcherrima est amicitia quæ per se, & propter se expetitur.

amicus tanquam alter idē

vitium in amicitia

in quibus amicitiaē stabilitas confirmari possit

quid

C I C E R O N I S

quidquam unquam, nisi honestum, & rectum, ab altero postulabit; neque solum colent se inter se, ac diligunt, sed etiam verebuntur maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam: itaque in ijs perniciosus est error, qui existimant libidinum, peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam: virtutum enim amicitia adiutrix a natura data est, non vitiorum comes: ut, quoniam solitaria non posset virtus ad ea, quae summa sunt, peruenire, coniuncta, & consociata cum altera perueniret: quae si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est: eorum est habendus ad summum naturae bonum optimus, beatissimusque comitatus. haec est, inquam, societas, in qua omnia insunt, quae putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi, atque iucunditas: ut, cum haec adsint, beata vita sit, & sine his esse non possit: quod cum optimum, maximumque sit: si id volumus adipisci, virtuti opera danda est: sine qua neque amicitiam, neque ullam rem expetendam consequi possumus. ea vero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tum se denique errasse sentiunt, cum eos grauis aliquis casus experiri cogit. Quo circa, (dicendum est enim saepius) cum iudicaueris, diligere oportet, non, cum dilexeris, iudicare. sed, cum multis in rebus negligentia peccamus, tum maxime in amicis & diligendis, & colendis. praeposteris enim utimur consilijs,

nō uitio  
rū comes  
sed virtu  
tū adiu-  
amici-  
tia est.

eū iudica  
ueris, di-  
ligere o-  
portet,  
nō, cū di-  
lexeris,  
iudicare.



& acta agimus: quod uetamur ueteri prouerbio.  
 nam implicati ultro et citro uel usu diuturno, uel  
~~etiam officio~~, repente in medio cursu amicitias,  
 exorta aliqua offensione, dirumpimus. quo etiã  
 magis uituperanda est rei maxime necessariae tan-  
 ta incuria. una est enim amicitia in rebus huma-  
 nis, de cuius utilitate omnes uno ore consentiunt.  
 quanquam a multis ipsa uirtus contemnitur, &  
 uenditatio quaedam, atque ostentatio esse dicitur:  
 multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos  
 tenuis uictus, cultusq. delectat: honores uero,  
 quorum cupiditate quidam inflammantur, quam  
 multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil esse  
 leuius existiment? itemq. cetera, quæ quibus-  
 dam admirabilia uidentur, permulti sunt, qui  
 pro nihilo putent. de amicitia omnes ad unum idẽ  
 sentiunt, & ij, qui ad remp. se contulerunt? &  
 ij, qui rerum cognitione doctrinaq. delectantur:  
 & ij, qui suum negotium gerunt otiosi: postremo  
 ij, qui se totos tradiderunt voluptatibus: sine a-  
 micitia vitam esse nullam: si modo uelint aliqua  
 ex parte liberaliter uiuere. serpit enim nescio  
 quo modo per omnium vitam amicitia: nec ul-  
 lam ætatis degendæ rationem patitur esse exper-  
 tem sui. Quin etiam, si quis ea asperitate est,  
 & inmanitate naturæ, ut congressus, societa-  
 temq. hominum fugiat, atque oderit, qualem  
 fuisse Athenis Timonẽ nescio quem accepimus,  
 tamen is pati non possit, ut nõ acquirat aliquem,  
 apud

Virtus a  
 quibus-  
 dam ostẽ-  
 tatio di-  
 citur.

sine ami-  
 citia vitã  
 esse nul-  
 lã, oēs cõ-  
 sentiunt.  
 serpit a-  
 micitia p  
 omnium  
 vitam.

apud quem euomat virus accerbitatis suae. atque hoc maxime iudicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos deus ex hac ~~hominum~~ frequentia tolleret, & in solitudine vspiam collocaret, atque ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam, & copiam, hominis omnino aspiciendi potestatem eriperet: quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset? cuius non auferret fructum voluptatum omnium solitudo? verum igitur illud est, quod a Tarentino Archyta, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemorare audiui, ab alijs senibus auditum; si quis caelum ascēdisset, naturamque mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore, quae iucundissima fuisset, nisi aliquē, cui narraret, habuisset. sic natura solitarium nihil amat: semperque ad aliquod tanquam adminiculum annititur: quod in amicissimo quoque dulcissimum est. sed cum tot signis eadem natura declaret, quid uelit, ac quaeratur, quid desideret: obsurdescimus tamen nescio quo modo, nec ea, quae ab ea monemur, audimus. est enim uarius, & multiplex usus amicitiae, multaeque causae suspicionum, offensionumque dantur. quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. una illa subleuanda offensio est, ut & utilitas in amicitia, & fides retineatur. nam & monendi amici saepe sunt, & obiurgandi: & haec accipienda amice, cum beneuole fiunt.

sed

Archytæ dictū contra solitudinem.

natura solitarium nihil amat.

pro, minuere, ut alibi.

Sed nescio quo modo verum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit:

~~Obsequium~~ amicos, veritas odium parit. molesta veritas est; siquidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiae: sed obsequium multo molestius; quod peccatis indulgens praecipit amicum ferri sinit. maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. omnis igitur hac in re habenda ratio, & diligentia est, primum ut monitio acerbitate, deinde obiurgatio contumelia careat. in obsequio autem (quoniam Terentiano verbo libenter utimur) comitas adsit, assentatio, vitiorum adiutrix procul amoveatur; quae non modo amico, sed ne libero quidem digna est. aliter enim cum tyranno, aliter cum amico vivitur. cuius autem aures clausae veritati sunt, ut ab amico vera audire nequeant; huius salus desperanda est. scitum est enim illud Catonis, multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum saepe dicere, hoc nunquam. atque illud absurdum est, quod ij, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt; eam capiunt, qua debent carere. peccasse enim se, non aguntur; obiurgari, moleste ferunt: quod contra oportebat, delicto dolere, obiurgatione gaudere. Ut igitur & monere, & moneri proprium est verae amicitiae; & alterum libere facere, non asperere; alte-

adeo familiaris, ut a Laelio scriptae putetur. quae Terentii nomine comediae circumferuntur. Cic. ad Att. l. 6.

Catonis dictum contra assentatores.

itidem locutus est in extremo de senectute.

FINIS

pestis in  
amicitia  
nulla ma-  
ior est,  
quam as-  
sentatio.

sine veri-  
tate no-  
men ami-  
citiae va-  
lere non  
potest.

pro digni-  
tate po-  
suit, ut in  
epist. ad  
Terentiā,  
Videte  
quid alię  
faciant i-  
sto loco  
feminae.

rum patienter accipere, non repugnanter: sic  
habendum est, nullam in amicitijs pestem esse  
maiores, quam adulationem, blanditias, assen-  
tationem. quamvis enim multis nominibus est  
hoc vitium notandum, leuium hominum, atque  
fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, ni-  
hil ad veritatem. cum autem omnium rerum si-  
mulatio est vitiosa, ( tollit enim iudicium veri,  
idq; adulterat ) tum amicitiae repugnat maxime.  
delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae  
valere non potest. nam cum amicitiae vis sit in eo,  
ut unus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri  
poterit, si nec in uno quidem unus animus erit  
idem semper, sed varius, commutabilis, multi-  
plex? quid enim potest esse tam flexibile, tam  
deuium, quam animus eius, qui ad alterius non  
modo sensum, ac voluntatem, sed etiam vultum,  
atque nutum conuertitur?

Negat quis, nego: ait, aio. postremo impe-  
raui egomet mihi

Omnia assentari:

ut ait idem Terentius, sed ille sub Gnathonis per-  
sona: quod amici genus adhibere, omnino leui-  
tatis est. multi autem Gnathonum similes cum  
sint, loco, fortuna, fama superiores; horum est  
assentatio molesta, cum ad vanitatem accessit au-  
toritas. secerni autem blandus amicus a vero, et  
internosci tam potest adhibita diligentia, quam  
omnia fucata, & simulata a sinceris, atque  
veris.

veris. concio, quæ ex imperitissimis constat, ta-  
 men iudicare solet, quid intersit inter popularē,  
 id est assentatorem, & quem ciuem, & inter  
 constantem, severum, & grauem. Quibus blan-  
 ditys C. Papirius consul nuper influebat in aures  
 concionis, cum ferret legem de tribunis pl. resi-  
 ciendis? dissuasimus nos. sed nihil de me: de Sci-  
 pione dicam libentius. quanta illi, dij immorta-  
 les: fuit grauitas, quanta in oratione maiestas,  
 ut facile ducem populi R. non comitem, diceres.  
 sed affuistis; & est in manibus oratio. itaque lex  
 popularis suffragijs populi repudiata est. Atque  
 (ut ad me redeam) meministis, Q. Maximo,  
 fratre Scipionis, & L. Mancina cos. quàm po-  
 pularis lex de sacerdotys C. Licinij Crassi vide-  
 batur: cooptatio enim collegiorum ad populi be-  
 neficium transferebatur: atque is primum insti-  
 tuit in forum versus agere cum populo. tamen il-  
 lius uendibilem orationem religio deorum immor-  
 talium, nobis defendentibus, facile vincebat. at-  
 que id actum est prætoꝛe me, quinquennio ante,  
 quàm consul sum factus. itaque re magis, quàm  
 auctoritate, causa illa defensa est. quod si in scena  
 id est in concione, in qua rebus fictis, & adum-  
 bratis loci plurimū est, tamē verum valet, si mo-  
 do id patefactum, et illustratum est: quid in amici-  
 tia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur?  
 in qua nisi, ut dicitur, apertū pectus videas, tu-  
 umq̃ ostendas; nihil fidū, nihil exploratū habeas;

vt popu-  
 lus sacer  
 dotes  
 crearet,  
 cū ea po-  
 testas an-  
 tea ipso-  
 rū sacer-  
 dotū fuis-  
 set vide-  
 li. nostrū  
 de legi-  
 bus.

S ne

amans sui  
virtus est

fenarius  
ex Eunu-  
cho Te-  
rentii.

duplex  
assentatio,  
aperta, &  
occulta.

ne amare quidem, aut amari possis, cum, id quam-  
uere fiat, ignores. quamquam ista assentatio, quam-  
uis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, ni-  
si ei, qui eam recipit, atque ea delectatur. ita fit,  
ut is assentatoribus patefaciat aures suas maxi-  
me, qui ipse sibi assentetur, & se maxime ipse de-  
lectet. omnino est amans sui virtus: optime enim  
se ipsa nouit; quamquam amabilis sit, intelligit.  
ego autem non de virtute nunc loquor, sed de vir-  
tutis opinione. virtute enim ipsa non tam multi  
præditi esse, quam videri volunt. hos delectat  
assentatio: his fictus ad eorum voluntatem ser-  
mo cum adhibetur, orationem illam vanam testi-  
monium esse laudum suarum putant. Nulla est  
igitur hæc amicitia, cum alter uerum audire non  
vult, alter ad mentiendum paratus est. nec pa-  
rasitorum in comædijs assentatio nobis faceta vi-  
deretur, nisi essent milites gloriosi.

Magnas vero agere gratias Thais mihi?  
satis erat respondere, Magnas: Ingentes, inquit.  
semper auget assentatio id, quod is, cuius ad vo-  
luntatem dicitur, vult esse magnum. quamob-  
rem, quamquam blanda ista vanitas apud eos va-  
let, qui ipsi illam allectant, & inuitant: tamen  
etiam grauiores, constantioresque admonendi sunt  
ut animaduertant, ne callida assentatione capian-  
tur. aperte enim adulantem nemo non videt, nisi  
qui admodum est excors: callidus ille, & occul-  
tus ne se insinuet, studiose cauendum est. nec

enim

enim facillime agnoscitur, quippe qui aduersando saepe assentetur, & litigare se simulans blandiatur. atque ad extremum det manus, vinctusque se patiatur, ut is, qui illusus sit, plus vicisse videatur. quid autem turpius, quam illudi? quod ne accidat, magis cauendum est: ut in Epicureo,

Hodie me ante omnes comicos stultos senes

Versaris, atque luseris lautissime:

haec enim in fabulis stultissima persona est, improvidorum, & credulorum senum. Sed nescio quo pacto ab amicitijs perfectorum hominum, id est sapientum, (de hac dico sapientia, quae videtur in hominem cadere posse) ad leues amicitias defluxit oratio. quamobrem ad illa prima redeamus; eaque ipsa concludamus aliquando. Virtus inquam, C. Fanni, & tu Q. Muci, & conciliat amicitias, & conseruat. in ea est enim conuenientia rerum, in ea constantia: quae cum se extulit, & ostendit lumen suum, & idem aspexit, agnouitque in alio, ad id se admouet. vicissimque accipit illud, quod in altero est. ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia. utrunque enim dictum est ab amando: amare autem nihil aliud est nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita: quae tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam minus secutus sis. hac nos adolescentes benevolentia senes illos L. Paullum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, Ti. Gracchum, Scipionis

legedum  
puto Epi-  
clero, Cæ-  
cilij co-  
mœdia.  
vide Prif.  
li. 6. & 10.  
sunt au-  
tem, qui  
sequuntur  
Cæcilii  
versus. vi-  
de 98. in  
Catone.  
virtus cõ-  
ciliat, &  
cõseruat  
amici-  
tias.

patrē Sci-  
pionis.

noſtri ſocerum, dileximus. hæc etiam magis elu-  
cet inter æquales, ut inter me, & Scipionem, &

L. Furium, P. Rupilium, Sp. Mummiū: vicis-

ſim autem ſenes in adoleſcentium charitate ac-

quieſcimus, ut in veſtra, & Q. Tuberonis: equi-

dem etiam admodum adoleſcentis P. Rutilij, et

A. Virginij familiaritate delector. Quoniamq;

ita ratio comparata eſt vitæ, naturæq; noſtræ, ut

alia ætas oriatur ex alia: maxime quidem optan-

dum eſt, ut cum æqualibus poſſis, quibuſcum tan-

quam eſt carceribus emiſſus ſis, iſdem ad calcem,

ut diſitur, peruenire: ſed quoniam res humanæ

fragiles, caducæq; ſunt, ſemper aliqui acquirendi

ſunt, quos diligamus, & a quibus diligamur. cha-

ritate enim, benevolentiaq; ſublata, omnis eſt e-

vita ſublata iucunditas. mihi quidem Scipio,

quanquam eſt ſubito ereptus, vivit tamen, ſem-

perq; vivet. virtutem enim amaui illius viri; quæ

extincta non eſt: nec mihi ſoli verſatur ante ocu-

los, qui illam ſemper in manibus habui: ſed etiã

poſteris erit clara, & inſignis. nemo unquam ani-

mo, aut ſpe maiora ſuſcipiet, qui ſibi non illius

memoriam, atque imaginem proponendam putet.

Equidem ex omnibus rebus, quas mihi aut for-

tuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum

amicitia Scipionis poſſim comparare. in hac mihi

de rep. conſenſus, in hac rerum privatarum conſi-

lium, in hac requies plena obletationis fuit. nun-

quam illum ne minima quidem re offendi, quod

qui-

qui-

qui-

qui-

qui-

qui-

qui-

Lucii fra-  
trem, de  
quo in  
Bruto, &  
ad Att. li.  
13.

a qua ſunt  
animi  
quoq; bo-  
na. perfe-  
ctæ amici-  
tiæ deſcri-  
ptio.



quidem senserim : nihil audiui ex eo ipse , quod nollem una domus erat, idem victus, isq; comu- nis. neque solum militia, sed etiam peregrinationes, rusticationesq; communes. nam quid ego de studijs dicam cognoscendi semper aliquid, atque discendi? in quibus, remoti ab oculis populi, omne otium, tempusq; contriuimus. quarum rerum recordatio, & memoria si una cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi viri, atque amantissimi ferre nullo modo possem; sed nec illa extincta sunt, alunturq; potius, & augentur cogitatione, & memoria: & si planè illis orbatus essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solatiũ; diutius enim iam in hoc desiderio esse nõ possum: omnia autem breuia tolerabilia esse debent, etiã si magna sunt. Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. vos autem hortor, vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest, vt, ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.

Quando illa cū ipso mihi essent prorsus erepta.

M. TVLLII CICERONIS  
PARADOXA SEV

AD M. BRVTVM.

fratrē Ser-  
uiliæ ,  
Bruti ma-  
tris : qui  
postea cū  
se Vtica  
occidit--  
set, Vti--  
censis est  
est appel-  
latus. nūc  
autem vi-  
datur, cū  
hæc Ci--  
cero scri-  
bit.

quod at-  
tinet ad

**A**NIMADVERTI, Brute, sæpe Ca-  
tonem, auunculum tuum, cum in se-  
natus sententiam diceret, locos graues  
ex philosophia tractare, abhorrentes ab hoc usu  
forensi, & publico; sed dicendo consequi ta-  
men, ut illa etiam populo probabilia viderentur.  
quod eo maius est illi, quàm aut tibi, aut nobis;  
quia nos ea philosophia plus utimur, quæ pepe-  
rit dicendi copiam, & in qua dicuntur, ea quæ  
non multum discrepant ab opinione populari;  
Cato autem, perfectus, mea sententia, Stoicus,  
& ea sentit, quæ non sane probantur in vulgus;  
& in ea hæresi est, quæ nullum sequitur florem  
orationis, neque vilatat argumentum, sed minu-  
tis interrogatiunculis, quasi punctis, quod pro-  
posuit, efficit. sed nihil est tam incredibile, quod  
non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum,  
tam incultum, quod non splendescat oratione,  
& tanquam excolatur. quod cum ita putarem,  
feci etiam audacius, quàm ille ipse, de quo lo-  
quor. Cato enim duntaxat de magnitudine ani-  
mi, de continentia: de morte, de omni laude  
virtutis, de dijs immortalibus, de caritate pa-  
triæ Stoice solet, oratorijs ornamentis adhibitis,  
dicere.

dicere. ego vero tibi illa ipsa, quæ vix in gymnasiis, et in otio Stoici probant, ludens cõieci in cõmunes locos. quæ quia sunt admirabilia, contraq; opinionem omnium, ab ipsis etiam παραδοξα appellantur: tentare volui, possent ne proferri in lucem, id est in forum, & ita dici, ut probarentur; an alia quædam esset erudita, alia popularis oratio. eoq; scripsi libentius, quòd mihi ista, παραδοξα quæ appellantur, maxime videntur esse Socratica, longeq; verissima. Accipies igitur hoc paruum opusculum, lucubratum his contractioribus noctibus: quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. & degustabis genus hoc exercitationum mearum, quibus uti consuevi, cum ea, quæ dicuntur in scholis δετικα, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus. hoc tamen opus in apertum ut referas, nihil postulo. non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phibia: tale tamen est, ut ex eadem officina exisse videatur.

opinio-  
nes, verū  
adhibitis  
oratoriis  
ornamen  
tis, dicen  
do confe  
quitur,  
ut illa e-  
tiam po-  
pulo pro  
babilia  
videantur  
non mo-  
do Stoica

ex ebore,  
Pli. lib.  
34.c.8.

ὅτι μόνον ἀγαθόν, τὸ καλόν:  
quòd solum bonum, honestum.

VEREOR, ne cui vestrum ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu, deprompta hæc videatur oratio: dicam tamẽ, quod sentio; & dicam breuius, quàm res tanta dici possit. Nunquam mebercule ego neque pecu-

pecunias  
M. Crassi  
tecta L.  
Luculli,  
opes &  
imperia  
Cn. Pom  
peii.

bona non  
recte dicū  
tur, quæ  
fortuna  
tribuit.

nas istorum, neque tecta magnifica, neque opes,  
neque imperia, neque eda, quibus maxime adstre  
cti sunt, voluptates in bonis rebus esse numeran  
das duxi; quippe cum viderem, homines his re  
bus circumfluentes ea tamen desiderare maxi  
me, quibus abundarent. neque enim unquam ex  
pletur, nec satiatur cupiditatis sitis: neque ea so  
lum, quæ habent, libidine augendi cruciantur,  
sed etiam amittendi metu. in quo equidem conti  
nentissimorum hominum maiorum nostrorum se  
pe requiro prudentiam, qui hæc imbecilla, &  
commutabilia, pecuniæ membra solo verbo bo  
na putauerunt appellanda, cum re, ac factis lon  
ge aliter iudicauissent. potest enim bonū cuiquā  
malo esse? aut potest quisquam in abundantia bo  
norum ipse esse non bonus? atqui ista omnia talia  
videmus, ut etiam improbi habeant, & obsint  
probis. Quamobrem, licet irrideat, si quis  
vult: plus apud me tamen vera ratio valebit,  
quàm vulgi opinio. neque ego unquam illum bo  
na perdidisse dicam, si quis pecus, aut supellesti  
lem amiserit: nec non sæpe laudabo sapientem il  
lum, Bitantem, ut opinor, qui numeratur inter  
septem: cuius cum patriam Prienem cepisset ho  
stis: cæteri quæ, ita fugerent, ut multa de suis rebus  
secū asportarent: cum esset admonitus a quodā,  
ut idem ipse faceret, ego vero, inquit, facio: nam  
omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria for  
tunæ ne sua quidem putavit, quæ nos appella  
mus

mus etiam bona. Quid est igitur, quæret ali-  
 quis, bonum? si quid recte fit, & honeste, &  
 cum virtute, id bene fieri vere dicitur, & quod bonum  
 rectum, & honestum, & cum virtute est, id so-  
 lum opinor bonum. sed hæc videri possunt obscu-  
 riora, cum sine appositione exemplorum lentius  
 disputantur; vita, atque factis illustranda sunt  
 summorum virorum hæc, quæ verbis subtilius, <sup>exempla re</sup>  
 quàm satis est, disputari videntur. Quæro enim <sup>illustrat.</sup>  
 a vobis, nū ullam cogitationem habuisse videan-  
 tur ij, qui hanc remp. tam præclare fundatam no-  
 bis relinquerunt, aut auri, atque argenti ad aua-  
 ritiam, aut amœnitatum ad delectationem, aut  
 supellectilis ad delicias, aut epularum ad volu-  
 ptates. ponite ante oculos unumquemque regum.  
 vultis, incipiam à Romulo? vultis, post liberam  
 civitatem, ab ijs ipsis, qui liberaverunt eam?  
 Quibus tandē Romulus gradibus ascendit in cœ-  
 lum? ijs ne, quæ isti bona appellant: an rebus ge-  
 stis, atque virtutibus? Quid autem Numa Pō-  
 pilius? minus ne gratas dijs immortalibus capi-  
 des, ac fictiles urnulas fuisse, quàm filicatas alio-  
 rum pateras, arbitramur? omitto reliquos. sunt  
 enim omnes pares inter se, præter Superbum.  
 Brutū verò si quis roget, quid egerit in patria  
 liberanda: si quis reliquos item eiusdem consilij  
 socios, quid spectarint, quid secuti sint: num quis  
 existat, cui voluptas, cui divitiæ, cui denique;  
 præter officium fortis, & magni viri; quidquam  
 aliud

quia sub-  
 to extin-  
 ctus, non  
 apparuit,  
 ascēdisse  
 in celum  
 creditus  
 est.

C I C E R O N I S

aliud propositum fuisse videatur? Quae res ad  
 necem Porsenae Q. Mucium impulit, sine ulla  
 spe salutis suae? quae vis Horatium ~~con-~~ con-  
 tra omnes hostium copias tenuit in ponte solum?  
 quae patrem Decium, quae filium deuouit, ac im-  
 misit in armatas hostium copias? quid continen-  
 tia C. Fabricij? quid tenuitas victos Man. Curij  
 sequebatur? quid duo propugnacula belli Punici  
 Cn. & P. Scipiones, qui Carthaginensium ad-  
 uentum corporibus suis intercludendum putave-  
 runt? quid Africanus maior? quid minor? quid  
 inter horum aetates interiectus Cato? quid innu-  
 merabiles alij? nam domesticis exemplis abunda-  
 mus. an putamus quenquam horum cogitasse  
 quidquam in vita sibi expetendum, nisi quod lau-  
 dabile esse, & praclarum videretur? veniant igitur  
 irrisores huius orationis, ac sententiae; &  
 iam vel ipsi iudicent, utrum se horum alicuius.  
 qui marmoreis tectis, ebore, & auro fulgenti-  
 bus, qui signis, qui tabulis, qui calato auro, &  
 argento, qui Corinthijs operibus abundant; an  
 C. Fabricij, qui nihil eorum habuit, nihil habe-  
 re voluit, similes esse malint. Atque haec qui-  
 dem, quae modo huc, modo illuc transferuntur,  
 facile adduci solent, ut in rebus bonis esse negent:  
 illud tamen arte tenent, accurateq; defundunt,  
 voluptatem esse summum bonum. quae quidem  
 mihi vox pecudum videtur esse, non hominum.  
 tu, cum tibi siue deus, siue mater, ut ita dicam,  
 rerum

vide qua  
 eleganter  
 eandem  
 rem ex-  
 presserit  
 l. de se-  
 nect. 107.

ex aere  
 Corin-  
 thio post  
 ipsa Co-  
 rinthum  
 a L. Mum-  
 mio euer-  
 sant  
 quod sen-  
 serat Epi-  
 curus.

rerum omnium natura dederit animum, quo ni-  
 bil est præstantius, neque diuinius; sic te ipse ab-  
 jicies, atque prosternes, ut nihil inter te, &  
 quadrupedem aliquem putes interesse? quidquã  
 ne bonum est, quod non eum, qui possidet, melio-  
 rem faciat? ut enim quisque est maxime boni  
 particeps, ita & laudabilis maxime: neque est  
 vllum bonum, de quo non is, qui habeat, pos-  
 sit honeste gloriari. quid autem est horum in vo-  
 luptate? meliorem ne efficit, aut laudabiliorem  
 virum? an quisquam in potiundis voluptatibus  
 gloria sese, et prædicatione effert? Atqui si volu-  
 ptas, quæ plurimorum patrocinijs defenditur, in  
 rebus bonis habenda non est; eaque, quo est ma-  
 jor, eo magis mentem ex sua sede, & statu di-  
 mouet: profecto nihil est aliud bene, & beate vi-  
 uere: nisi honeste, & recte viuere.

voluptas  
 hominẽ  
 cū brutis  
 commu-  
 nis est.

voluptas  
 quo ma-  
 jor, eo  
 turpior.

ὅτι αὐτῆς ἑαυτῆς ἀρετῆς πρὸς ἀνδραμονίαν:  
 quòd se ipsa contenta virtus ad  
 beate viuendum.

NEC vero ego M. Regulum ærumnosum;  
 nec infelicem, nec miserum unquam putavi. non  
 enim magnitudo animi eius cruciabatur a Pœ-  
 nis, non grauitas, non fides, non constantia, nõ  
 vlla virtus, non denique animus ipse; qui, tot vir-  
 tutum præsidio munitus, tantoq. comitatu circũ-  
 septus, cum corpus eius caperetur, capi certe ip-  
 se.

lib. 3. de  
 fin. in ex-  
 tremo.

se non potuit. Caium vero Mariū vidimus: quā  
 mihi secundis in rebus unus ex fortunatis homini-  
 bus, in aduersis unus ex summis uiris uidebatur  
 quo beatius esse mortali nihil potest. Nescis, in-  
 sane, nescis, quantas uires uirtus habeat. nomen  
 tantum uirtutis usurpas: quid ipsa valeat, igno-  
 ras. nemo potest non beatissimus, esse qui est to-  
 tus aptus ex sese, quiq; in se uno sua ponit omnia  
 cuius autem spes omnis, & ratio, & cogitatio  
 pendet ex fortuna; huic nihil potest esse certi, ni-  
 hilque, quod exploratum habeat permanens  
 sibi ne unum quidem diem. eum tu hominem ter-  
 reto, si quem eris nactus istiusmodi, mortis, aut  
 exsiliij minis mihi uero quidquid acciderit in tam  
 ingrata ciuitate, ne recusanti quidem euenerit,  
 non modo repugnanti. quid enim ego laboraui,  
 aut quid egi, aut in quo euigilaui curæ, &  
 cogitationes meæ; siquidem nihil peperit tale, ni-  
 hil consecutus sum, ut in eo statu essem, quem ne-  
 que fortunæ temeritas, neque inimicorum labe-  
 factaret iniuria? Mortem ne mihi minitaris, ut  
 omnino ab hominibus, an exsiliū, ut ab impro-  
 bis demigrandum sit? mors terribilis est ijs, quo-  
 rum cum uita omnia extinguuntur, non ijs, quo-  
 rum laus emori non potest: exsiliū autem terri-  
 bile illis, quibus quasi circumscriptus est habitan-  
 di locus; non ijs, qui omnem orbem terrarum u-  
 nam urbem esse ducunt. te miseriæ, te ærumnæ  
 premunt omnes, qui te beatum, qui te florentem  
 putas:

quas con-  
 stantissi-  
 me pertu-  
 lit.  
 beatus  
 qui sit.

incerta,  
 & instabi-  
 lia fortu-  
 næ bona.

pro, nedū  
 sic locu-  
 tus est &  
 in episto-  
 la ad Len-  
 tū, lib.  
 I. fam.  
 ubi uide-  
 nostra  
 scholia  
 præterea  
 sic habet  
 lib. scri-  
 ptus do-  
 ctissimi  
 uiri, Ca-  
 roli Sigo-  
 nij.



putas: tuæ libidines te torquent: tu dies, noctesq;  
 cruciaris; cui nec satis est, quod est; & id ipsum,  
 quod habes, non diuturnum sit futurum, ti-  
 mes: te conscientia stimulant maleficiorum tuo-  
 rum: te metus exanimant iudiciorum, atque le-  
 gum: quocunque adspexisti, ut furia, sic tuæ tibi  
 occurrunt iniuriæ, quæ te respirare non sinunt. vbi non  
 fit felici-  
 tas.  
 Quamobrem ut improbo, & stulto, & inertine vbi nō fit  
 miseria.  
 mini bene esse potest: sic bonus vir, & fortis, &  
 sapiens miser esse nemo potest, nec vero, cuius  
 virtus, moresq; laudandi sunt, eius non laudan-  
 da vita est: neque porro fugienda vita, quæ lau-  
 danda est: esset autem fugienda, si esset misera. quidqd  
 laudabi-  
 le, idem  
 expeten-  
 dum.  
 Quamobrem, quidquid est laudabile, & idem  
 beatum, & florens, & expetendum videri debet.

ὅτι ἴσα τὰ ἀμαρτήματα.  
 quod æqualia peccata.

NEC enim peccata rerum euentu, sed vitij  
 hominum metienda sunt. in quo peccatur, id po- peccatur  
 enim sē-  
 per exini-  
 cātia, vel  
 ex incon-  
 tinentia.  
 test aliud alio maius esse, aut minus: ipsum qui-  
 dem illud, peccare, quoquò te verteris, unum  
 est. auri nauem euertat gubernator, an paleæ,  
 in re aliquantum, in gubernatoris inscitia nihil in-  
 terest, lapsa est libido in muliere ignota: dolor ad  
 pauciores pertinet, quàm si petulans fuisset in a-  
 liqua generosa, ac nobili virgine; peccauit vero  
 nibilo minus: siquidem est, peccare, tanquam  
 tran-

transire lineas : quod cum feceris, culpa commis-  
 sa est: quàm longe progrediare, cum semel tran-  
 sieris, ad augendam transeundi ~~causam~~ nihil per-  
 tinet. peccare certe licet nemini. quod autem non  
 licet, id hoc vno tenetur, si arguitur non licere.  
 id si nec maius, nec minus vnquam fieri potest:  
 (quoniam in eo est peccatum, si non licuit; quod  
 semper vnum, & idem est) quæ ex eo peccata  
 nascantur, æqualia sint oportet. quòd si virtutes  
 pares sunt inter se: paria esse etiam vitia necesse  
 est. atqui pares esse virtutes, nec bono viro me-  
 liorem, nec temperante temperantiozem, nec  
 forti fortiozem, nec sapiente sapientiozem pos-  
 se fieri, facile potest perspici. An virum bo-  
 num dices, qui depositum nullo teste, cum lucra-  
 ri impune posset, auri pondo decem reddiderit, si  
 idem in decem millibus non idem fecerit? aut tem-  
 perantem, qui se in aliqua libidine continuerit, in  
 aliqua effuderit? una virtus est consentiens cum  
 ratione, & perpetua constantia. nihil huc addi  
 potest, quo magis virtus sit; nihil demi, vt vir-  
 tutis nomen relinquatur. etenim si bene facta,  
 recte facta sunt, & nihil recto rectius: certe nec  
 aono quidem melius quidquam inueniri potest. se-  
 quitur igitur, vt etiam vitia sint paria: siquidem  
 prauitates animi recte vitia dicuntur. atqui, quo-  
 niam pares virtutes sunt: recte etiam facta, quã-  
 do a virtutibus proficiscuntur, paria esse debent:  
 itemq; peccata, quoniam ex vitijs manant, sint  
 æqualia

pares in-  
 ter se vir-  
 tutes.

semel e-  
 nim qui  
 peccat,  
 vir bonus  
 non est,  
 quacun-  
 que in re  
 peccet.

prauita-  
 tes animi  
 sunt vitia

qualia necesse est. A philosophis, inquis, ista sumis. metuebam, ne, a lenonibus, diceres. Socrates disputabat isto modo. bene hercule narras. nam, istum doctum, & sapientem virum fuisse, memoriae traditum est. sed tamen quero ex te, (quando verbis inter nos contendimus, non pugnis) utrum potius de bonis est querendum, quid baiuli, atque operarii, an quid homines doctissimi senserint; praesertim cum hac sententia non modo verior, sed ne utilior quidem hominum vitae reperiri vlla possit. quae vis enim, quae magis arceat homines ab improbitate omni, quam si senserint, nullum in delictis esse discrimen? aequae peccare se, si privatis, ac si magistratibus manus inferant? quamcunque in domum stuprum intulerint, eandem esse labem libidinis? Nihil ne igitur interest (nam hoc dicet aliquis) patrem quis necet, an seruum? Nuda ista si penas; iudicari, qualia sint, non facile possunt. patrem vita privare; si per se scelus est; Saguntini, qui parentes suos liberos emori, quam seruos viuere, maluerunt, paricidae fuerunt. ergo & parenti non nunquam adimi vita sine scelere potest; & seruo saepe sine iniuria non potest. causa igitur haec, non natura, distinguit: quae quando alteri accessit, id fit propensius: si utrique adiuncta sit, parua fiant necesse est. illud tamen interest, quod in seruo necando, si adsit iniuria, semel peccatur; in patris vita violanda, multa peccantur: viola-

contendamus, licet non enim pugnis inter nos, sed verbis res agitur,

ab Hannibale obsessi.

tur

tur is, qui procreavit; is, qui aluit; is, qui erudi-  
 vit; is, qui in sede, ac domo; atque in rep. collocā-  
 vit. multitudine peccatorum præstat, eoq. pena  
 maiore dignus est, sed nos in vita, non quæ cuique  
 peccato pœna, sed quantum cuique liceat, spe-  
 ctare debemus. quidquid non oportet, scelus esse,  
 quidquid non licet, nefas putare debemus. etiam  
 ne in minimis rebus? etiam: siquidem rerum mo-  
 dum fingere non possumus, animorum tenere pos-  
 sumus. histrio si paullo se movit extra numerum,  
 aut sa. versus pronūtiatus est syllaba una brevior  
 aut longior, exhibilatur, & exploditur: in vita,  
 quæ omni gestu moderatior, omni versu aptior  
 esse debet, ut in syllaba te peccare dices? poetam  
 non audio in nugis: in vitæ societate audiam civē  
 digitis peccata dimetientem sua? quæ si visa sint  
 breviora, leniora qui possunt videri? cum, quid-  
 quid peccatur, perturbatione peccetur rationis,  
 atque ordinis; perturbata autem ratione semel,  
 & ordine, nihil possit addi, quo magis peccari  
 posse videatur.

scelus  
 quod nō  
 oportet  
 nefas, qd  
 non licet

in... de  
 do...

ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαινόμενοι  
 quod omnes stulti insaniunt.

contra P.  
 Clodiū,  
 idest pro  
 babo. sic  
 etiam ex  
 ponit Fe  
 stes hoc  
 verbum.

EGO vero te non stultum, ut sepe, non im-  
 probum, ut semper, sed dementem, & insanum  
 rebus addicam necessarijs. Sapientis animus ma-  
 gnitudine cōsiliij, tolerantia rerum humanarum

CON-

contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus, ut mœnibus, septus, vincetur, & expugnabitur. ~~qui~~ ciuitate quidem pelli potest. quæ est enim ciuitas? omnis ne conuentus ferorum, et immanium? omnis ne etiam fugitiuorum, ac latronum congregata vnum in locum multitudo? certe negabis: nõ igitur erat illa tum ciuitas, cum leges in ea nihil valebant; cum iudicia iacebant, cum mos patrius occiderat; cum, ferro pulsus magistratibus, senatus nomen in rep. non erat. prædonum ille concursus, & te duce latrocinium in foro constitutum, & reliquæ coniurationis, a Catilinæ furijs ad tuum scelus, furoremq; conuersæ, non ciuitas erat. itaque pulsus ego ciuitate non sum, quæ tum nulla erat: accersitus in ciuitatem sum, cum esset in rep. consul, qui tum nullus fuerat; esset senatus, qui tum occiderat; esset consensus populi liberi; cum esset iuris, & æquitatis, quæ vincula sunt ciuitatis, repetita memoria. At vide, quàm ista tui latrocinij tela contempserim. iactam, & immisam a te nefariam in me iniuriam semper dux, peruenisse tamen ad me nunquam putavi. nisi forte, cum parietes disturbatas, aut cum tectis sceleratas faces inferebas, tunc meorum aliquid ruere, aut deflagrare arbitrare. nihil neque meum est, neque cuiusquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti potest. si mihi eripuisses diuinam animi mei constantiam, meas curas, vigilias, consilia, quibus

imaginẽ  
ostendit  
illius tẽ-  
poris, cū  
a Clodio  
tribuno  
pl. eiectus  
est.

P. Lentulus, auctor, & princeps in reuocando Cicerone. euerfa enim domus Ciceronis ẽ in Palatio, de quo quæritur sæpe in orationibus

T resp.

hoc & in  
 oratione  
 pro Sex-  
 tio,  
 hæc om-  
 nia mani-  
 feste in  
 Clodiū  
 coniciū-  
 tur.  
 quod in  
 te petius  
 quam in  
 me, con-  
 uenit.  
 ex lib. de  
 finitio.

collocā-  
 uit & cum  
 cum fida  
 Clodius

res. inuicta stat: si huius æterni beneficii immor-  
 talem memoriam deleuisses; multo etiam magis,  
 si illam mentem, unde hæc consilia manarunt,  
 mihi eripuisses; tum ego accepisse me confiterer  
 iniuriam: sed si hæc nec fecisti, nec facere potuisti,  
 reditum mihi gloriosum tua dedit iniuria, nõ exi-  
 tum calamitosum: ergo ego semper ciuis erā, &  
 tum maxime, cum meam salutem senatus exte-  
 ris nationibus, ut ciuis optimi, commendabat:  
 tu ne nunc quidem es ciuis. nisi forte idem hostis,  
 & ciuis esse potes. an tu ciuem ab hoste natura,  
 ac loco, non animo, factisque distinguis? eadem  
 in foro fecisti: armatis latronibus templa tenui-  
 sti: priuatorū domos, ædesque sacras incendiisti.  
 cur hostis Spartacus, si tu ciuis? potes autē esse tu  
 ciuis, propter quem aliquando ciuitas non fuit?  
 Et me exulem, tuo nomine, appellas? cum om-  
 nes meo discessu exsulasse remp. putent. nunquā  
 ne, homo amentissime, te circumspicies? nunquam  
 ne, quid facias, consideraberis, ne quid loquare?  
 nescis, exsilium scelerum esse pœnam, meum il-  
 lud iter ob præclarissimas res a me ante gestas es-  
 se susceptum? omnes scelerati, atque impij, quo-  
 rum tu te ducem esse profiteris, quos leges exsilio  
 affici volunt, exsules sunt, etiam si solum non mu-  
 tarunt. an, cum omnes leges te exulem esse iu-  
 beant, non eris tu exsul? nõ appellatur inimicus,  
 qui cum telo fuerit? ante senatū tua sicca depre-  
 hensa est: qui hominum occiderit? tu plurimos

occi-

occidisti: qui incendium fecerit? ædes Nympharum manu tua deflagrarunt: qui templa deorum occupasti. Iboro etiam castra posuisti. Sed quid eo communes leges profero, quibus omnibus es exul: familiarissimus tuus de te privilegium tulit, ut, si in opertum Bonæ deæ accessisses, exsulares. at te id fecisse, etiam gloriari soles. Quomodo igitur, tot legibus eiectus in exsilium, nomen exsulis non perhorrescis? Romæ sum, inquis: & tu quidem in operto fuisti. non igitur, ubi quisque erit, eius loci ius tenebit, si ibi eum legibus esse non oportebit.

ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλαύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι:  
quòd sapientes liberi, & stulti serui.

LAVDETVR vero hic imperator, aut etiam appelletur, aut hoc nomine dignus putetur: quo modo? aut cui tandem hic libero imperabit, qui non potest cupiditatibus sui imperare? refrænet prius libidines, spernat voluptates, iracundiã teneat, coerceat auaritiam, cæteras nimis labe repellat: tum incipiat alijs imperare, cum ipse improbissimis dominis, dedecori, ac turpitudini, parere desierit: dum quidem his obediens, non modo imperator, sed liber habendus omnino nõ erit. præclare enim est hoc usurpatum a doctissimis; quorum auctoritate non uterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio: cum vero

T 2 apud

seruum suum in vestibulo curiæ, qui Cn. Pompeium occideret. vide Pedia nũ in orat. pro Milone cõsul. M. Piso. vide ad. At. l. i.

Bonæ deæ quod proxime dixit, cõtra L. Luculũ, qui de Mithridate, & Tigrañe triũphauit.

nisi sa-  
piens, li-  
ber ne-  
mo. liber  
tas i quo  
fit.

Iui cuiq;  
mores  
fortunā  
fingunt.  
Nepos in  
Attici vi  
ta.

seruitus  
duplex,  
corporis  
& animi.

apud prudentissimos loquar, quibus hæc inaudita  
non sunt? cur ego simulem me, si quid in his stu-  
dijs opera posuerim, perdidisse? ~~dicunt~~ est igitur  
aberuditissimis viris; nisi sapientem, liberum  
esse neminem. quid est enim libertas? potestas  
vivendi, ut velis. quis igitur vivit, ut vult, nisi  
profecto, qui recta sequitur; qui gaudet officio;  
cui vivendi via considerata, atque provisā est;  
qui legibus quidem non propter metum paret,  
sed eas sequitur, atque colit, quia id salutare ma-  
xime esse iudicat; qui nihil dicit, nihil facit, nihil  
cogitat lenique, nisi libenter, ac libere; cuius  
omnia consilia, resq; omnes, quas gerit, ab ipso  
proficiscuntur, eodemq; referuntur; nec est ulla  
res, quæ plus apud eum polleat, quàm ipsius vo-  
luntas, atque iudicium? cui quidem etiam, quæ  
vim habere maximam dicitur, fortuna ipsa ce-  
dit: quæ, sicut sapiens poeta dixit, suis cuique  
fingitur moribus. soli igitur hoc contingit sapien-  
ti, ut nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil co-  
ctus. quod etsi: ita esse, pluribus verbis disseren-  
dum est: illud tamen breui conficiendum est, nisi  
qui ita sit affectus. esse liberum neminem. Igitur  
omnes improbi serui; nec hoc tam re est, quàm  
dictu: inopinatum, atque mirabile. non enim ita  
dicunt eos esse seruos, ut mancipia, quæ sunt do-  
minorum facta nexu, aut aliquo iure civili: sed,  
si seruitus sit sicut est, obedientia fracti animi,  
& abiecti, & arbitrio carentis suo; quis neget  
omnes



omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos esse seruos? An ille mihi liber videatur, cui mulier imperat? cui leges imponit, praescribit, iubet, vetat, quod videtur? qui nihil imperanti negare potest, nihil audet? poscit, dandum est: vocat, veniendum: eijcit, abeundum: minatur, extimescendum. ego vero istum non modo seruum. sed nequissimum seruum, etiam si in amplissima familia natus sit, appellandum puta atque, ut in magna familia stultorum, sunt alij lautiores, ut sibi videntur, serui, sed tamen serui, atrienses, ac topiarij, stultitia, sua, quos signa, quos tabulae, quos celatum argentum, quos Corinthia opera, quos aedificia magnifica nimio opere delectant. At sumus inquit, ciuitatis principes. vos vero nec seruorum quidem vestrorum principes estis. sed, ut in familia, qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent: sic in ciuitate, qui se istarum rerum cupiditatibus dediderunt, ipsius ciuitatis locum pene infimum tenent. Magna, inquis, bella gessi: magnis imperijs, & prouincijs praesui. gere igitur animum laude dignum. Actaeonis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. omitto, unde sustuleris, & quo modo habeas. in tuentem te, admirantem, clamores tollentem cum video, seruum te esse ineptiarum omnium iudico. Non ne igitur sunt illa festiua? sunt: nam

17  
libri scripti duo  
habent,  
Actoris:  
duo, Actaeonis.  
fortasse legendum,  
Echionis  
quem inter celebres  
pietores no

minat Pl. nos quoque oculos eruditos habemus: sed, obse-  
 l. 35. c. 10 cro te, ita uenusta habeantur ista, non ut vincu-  
 vel poti<sup>9</sup> la virorum sint, sed ut oblectamenta puerorum.  
 Actionis quid enim censes? si L. Mummius aliquem isto-  
 quem Ci rum videret matellionem Corinthium cupidissi-  
 cero in me tractantem, cum ipse totam Corinthum con-  
 Bruto cū tempisset, utrum illum cinem excellentem, an  
 Apelle atriensem seruum diligentem putaret? reuui-  
 coniūgit. sciat Man. Curius, aut eorum aliquis, quorum in-  
 acteonis vero mē villa, ac domo nihil splendidum, nihil ornatum  
 tio nulla fuit, præter ipsos; & videat aliquem, summis  
 populi beneficijs vsum, barbatulos mululos exce-  
 ptantem de piscina, & pertrectantem, & mu-  
 renarum copia gloriantem: non ne hunc hominē  
 ita seruum iudicet, ut ne in familia quidem dignū  
 maiore aliquo negotio putet? An eorum serui-  
 tus dubia est, qui cupiditate peculij nullam con-  
 dicionem recusant durissimæ seruitutis? heredita-  
 tis spes quid iniquitatis in seruiendo non suscipit?  
 quem nutum locupletis orbi senis non obseruat?  
 loquitur ad voluntatem: quidquid nuntiatum sit  
 facit, assentatur, assidet, miratur. quid horum  
 est liber? quid denique non serui inertis? Quid  
 iam illa cupiditas, quæ videtur esse liberior, ho-  
 noris, imperij, prouinciarum, quàm dura est do-  
 mina. quàm imperiosa, quàm vehemens? Ce-  
 thego, homini non probatissimo, seruire coegit  
 eos, qui sibi esse amplissimi videbantur, mittere  
 munera, noctu venire domum ad eum, peccari,  
 denique

non est is  
 qui cum  
 Catilina  
 coniura-  
 uit, sed is  
 de quo  
 Plutar-  
 chus in  
 Lucullo.

denique supplicare. quæ seruitus est, si hæc liber-  
tas existimari potest? Quid? cum cupiditatum  
dominatus excessit, & alius est dominus exor-  
tus, ex conscientia peccatorum, timor; quàm  
est illa misera, quàm dura seruitus? adolescenti-  
bus paullo loquacioribus est seruiendum: omnes  
qui aliquid scire videntur, tanquam domini timen-  
tur: iudex vero quantum habet dominatum? quo  
timore nocentes afficit? an non est omnis metus  
seruitus? quid valet igitur illa, eloquentissimi vi-  
ri, L. Crassi copiosa magis, quàm sapiens oratio?  
Eripite nos ex seruitute. quæ est ista serui-  
tus tam claro homini, tamq̃ nobili? omnis enim  
animi debilitati, & humilis, & fracti timiditas,  
seruitus est. Nolite sinere nos cuiquam ser-  
uire. in libertatem vindicari vult? minime: quid  
enim adiungit? nisi vobis vniuersis. domi-  
num mutare; non liber esse, vult. Quibus &  
possumus, & debemus. nos vero, siquidem  
animo excelso, & alto, & virtutibus exaggera-  
to sumus, nec debemus, nec possumus. tu posse  
te dicito; quandoquidem potes: debere ne dixe-  
ris: quoniam nihil quisquam debet. nisi quod est  
turpe non reddere. Sed hæc hætenus. Ille vi-  
deat, quo modo imperator esse possit, cum, eum  
ne liberum quidem esse, ratio, & veritas ipsa  
conuincat.

ad popu-  
lum cum  
de Phi-  
lippi cō-  
sulis su-  
perbo do-  
minatu  
querere-  
tur vide  
proce-  
mium li.  
III. de  
oratore.

C I C E R O N I S  
ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλούσιος :  
quòd solus sapiens , diues .

contra M. Crassum, omnium Romano rum ditissimum. diuitis de finitio.

QVAE est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens ostentatio? solus ne tu diues? pro dii immortales, ego ne me audisse aliquid, & didicisse non gaudeam? solus ne tu diues? quid, si ne diues quidem? quid, si pauper etiam? quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbū in quo homine ponimus? opinor, in eo, cui tanta possessio est, ut ad liberaliter viuendum facile contentus sit; qui nihil quærat, nihil appetat, nihil optet amplius. animus oportet tuus se iudicet diuitem, non hominum sermo, neque possessiones tuæ. qui si sibi nihil deesse putat, nihil curat amplius, satiatus est, aut contentus etiam pecunia: concedo, diues est. sin autem propter auiditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas, cum isti ordine ne honestus quidem esse possit ullus; si quotidie fraudas, decipis, posciscis, pacisceris, aufers, eripis; si socios spolias; ærarium expilas: si testamenta amicorum exspectas, aut ne exspectas quidem, atque ipse supponis: hæc utrum abundantis, an egentis signa sunt? animus hominis diues non arca, appellari solet quamuis illa sit plena; dum te inanem videbo, diuitem non putabo. etenim ex eo, quantum cuique sat est, metiuntur homines diuitiarum modum. filiam quis habet; pecunia est opus: duas, maiore: plures; etiam maiore.

senato-  
rio; quo  
ex ordine  
Crassus  
erat.

more. si, ut aiunt, Danai quinquaginta sint filiae; quæ oēs  
 tot dotes magnam quæerunt pecuniam. quantum præter hy  
 enim cuique satis est, ad id accommodatur, ut an- permne-  
 te dixi; diuitiarum modus. Qui igitur non filias <sup>strâ, viros</sup>  
 plures, sed innumerabiles cupiditates habet, quæ <sup>suos occi-</sup>  
 breui tempore maximas copias exhaurire pos- derunt.  
 sint; hunc quo modo ego appellabo diuitem, cum <sup>Seruius</sup>  
 ipse egere se sentiat? multi ex te audierunt, cum <sup>in Virg.</sup>  
 diceres, neminem esse diuitem, nisi qui exercitum <sup>sex legio</sup>  
 alere posset suis fructibus: quod populus R. ex nes.  
 tantis vectigalibus iam pridem vix potest. ergo  
 hoc proposito, nunquam eris diues ante, quam  
 tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut  
 ex eo tueri sex legiones, & magna equitum, ac <sup>fic locut</sup>  
 peditum auxilia possis. Iam fateris igitur non es- & Varro  
 se te diuitem, cui tantum desit, ut expleas id, <sup>li. i. de re</sup>  
 quod exoptas. itaque. istam paupertatem, vel <sup>rust.</sup>  
 potius egestatem, ac mendicitatem tuam nunquã  
 obscure tulisti. nam, ut ijs, qui honeste rem quæ  
 runt mercaturis faciendis, operis dandis, publi-  
 cis sumendis, intelligimus opus esse quæsito: sic  
 qui videt domi tuæ pariter accusatorum, atque  
 iudicum consociatus greges; qui nocentes, & pe-  
 cuniosos reos eodem te auctore corruptelam in- duto libri  
 dicij molientes; qui tuas mercedum pactiones in <sup>veteres</sup>  
 patrocinijs, intercisas pecuniarum in coitionibus <sup>habêt, in-</sup>  
 candidatorum, dimissiones libertorum ad fe- <sup>tercissas.</sup>  
 nerandas, diripiendasq; prouincias, qui ex- <sup>puto legé</sup>  
 pulsiones vicinorum, qui latrocinia in agris, qui <sup>du, inter-</sup>  
 cessiones. <sup>sum</sup>

cum servis, cum libertis, cum clientibus societates, qui possessiones uacuas, qui proscriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis messem recordetur; qui testamenta subiecta, qui sublato tot homines, qui denique omnia uenalia, delectum, decretum; alienam, suam sententiam; forum, domum; uocem, silentium; quis hunc non putet confiteri sibi quaesito opus esse? cui autem quaesito opus sit, quis unquam hunc uere dixerit diuitem? est enim diuitiarum fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum, atque abundantia: quam tu quoniam nunquam assequere, nunquam omnino es futurus diues. Meam autem quoniam pecuniam contemnis, et recte: est enim ad vulgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica: de me silebo; de te loquar. Si censenda nobis, atque aestimanda res sit; utrum tadem pluris aestimabimus pecuniam Pyrrhi, quam Fabricio dabat, an continentiam Fabricij, qui illam pecuniam repudiabat? utrum aurum Samnitum, an responsum Man. Curij? hereditatem L. Pauli, an liberalitatem Africani, qui eius hereditatis Q. Maximo fratri partem suam concessit? hæc profecto, quæ sunt summorum uirtutum, pluris aestimanda sunt, quam illa, quæ sunt pecuniæ. Quis igitur ( siquidem, ut quisque, quod plurimi sit, possideat, ita ditissimus habendus sit ) dubitet, quin in uirtute diuitiæ positæ sint, quoniam nulla possessio, nulla

antiquus  
 liber ha-  
 bet, dire-  
 ctum &  
 dectum ma-  
 lim sic, de-  
 cretum,  
 edictum.  
 qui cupit  
 diues non  
 est.

cum & ip-  
 se a Paul-  
 lo genit-  
 esset, sed  
 adoptio-  
 nis iure  
 Q. Fabio  
 Maximo  
 traditur

vis auri, & argenti pluris, quam virtus, æsti-  
 manda est? O dij immortales, non intelligunt ho-  
 mines, quam magnū vectigal sit parsimonia. ve-  
 nio enim ad sumptuosos, relinquo istum quæstuo-  
 sum. Capit ille ex suis prædijs sexcena sestertia:  
 ego centena ex meis. illi aurata tecta in villis, &  
 sola marmorea facienti, & signa, tabulas, su-  
 pellectilem, & vestem infinite concupiscenti,  
 non modo ad sumptum ille fructus est, sed etiam  
 ad fœnus, exiguus: ex meo tenui vectigali, de-  
 tractis sumptibus cupiditatis, aliquid etiam re-  
 dundabit, vter igitur est ditior, cui deest, an cui  
 superat? qui esset, an qui abundat? cuius posses-  
 sio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam;  
 an quæ suis se viribus sustinet? Sed quid ego de  
 me loquor, qui, morum, ac temporum vitio, a-  
 liquantum etiam ipse fortasse in huius sæculi er-  
 rore verser? M. Menilius patrum nostrorum  
 memoria (ne semper Curius, & Laescinos lo-  
 quamur) pauper tandem fuit: habuit enim ædi-  
 culas in carnis, & fundum in Labiano. nos  
 igitur ditiores, qui plura habemus: utinam qui-  
 dem essemus: sed non ætimatione census, ve-  
 rum victu, atque cultu terminatur. pecunia mo-  
 dus. non esse cupidum, pecunia est: non esse e-  
 macem, vectigal est: contentum vero suis rebus  
 esse, maximæ sunt, certissimæq; diuitiæ. ete-  
 nim, si isti callidi rerum æstimatores prata, &  
 areas quasdam magni æstimant, quod ei generi

pro, su-  
 perest. vt.  
 alibi sæ-  
 pe.

C. Fabri-  
 cium Lu-  
 scinū si-  
 guificat,  
 quem ter  
 in his pa-  
 radoxis  
 iam no-  
 minauit.

pos-

C I C E R O N I S

pro, fere: possessionum minime quasi noceri potest: quan-  
 vt in Ac. ti est aestimanda virtus, quae nec cripi, nec sur-  
 Sol. mihi ripi potest unquam; neque naufragio, neque in-  
 quasi pe- cendio amittitur; nec tempestatum. nec tempo-  
 dalis vide rum permutatione mutatur? qua qui praediti  
 tur. & sunt, soli sunt diuites; soli enim possident res  
 Ter. in & fructuosas, & sempiternas; solique, quod est  
 Hea. it. proprium diuitiarum, contenti sunt rebus suis;  
 Talenta satis esse putant, quod est; nihil appetunt, nulla  
 quasi ad re egent, nihil sibi deesse sentiunt, nihil requi-  
 quinde- runt. improbi autem, & auari, quoniam incer-  
 cim. tas, atque in casu positas possessiones habent,  
 & plus semper appetunt, nec eorum quisquam  
 adhuc inuentus est, cui, quod haberet, esse sa-  
 improbi tis; non modo non copiosi, ac diuites, sed etiam  
 pauperes inopes, ac pauperes existimandi sunt.

CAM

or sub m

OM

M

SOMNIVM



SOMNIUM SCIPIONIS,  
EX LIBRO VI. CICERONIS  
DE REPUBLICA.

Persona, Scipio,

**C**UM in Africā venissem Manio Manilio consuli, ad quartam legionē, ut scitis, tribunus militū; nihil mihi potius fuit, q̄ ut Massanisam cōuenirē, regē familiæ nostræ iustis de causis amicissimum. ad quem ut veni, complexus me senex collacrymavit; aliquantoq̄, post suscepit in cælum, & grates, inquit, tibi ago summe Sol, vobisq̄. reliqui cælites, quod, antequam ex hac vita migro conspicio in meo regno, & his tectis P. Cornelium Scipionem, cuius ego nomine ipso recreor. itaque nūquam ex animo meo discedit illius optimi, atque inuictissimi viri memoria. Deinde ego illum de suo regno, ille me de nostrā rep. percunctatus est: multisq̄, verbis ultro citroq̄, habitis, ille nobis consumptus est dies. post autem regio apparatu accepti, sermonem in multam noctem produximus; cum senex nihil, nisi de Africano, loqueretur, omniaq̄, eius non solum facta, sed etiam dicta meminisset. deinde, ut cubitum discessimus, me, & fessum de via, & qui ad multam noctem vigilassem, arctior, quā solebat, somnus complexus est. hic mihi (credo equidem

ex

Manilio  
cōsuli tri  
bunū mi.  
fuisse Sci  
pionem,  
Appia—  
nus in Li  
byco ostē  
dit.  
ab ipso  
Massanisa  
accerfitis  
Valerius  
Max. li. 5.

cum quo  
militaue  
rat bello  
Punico  
secundo.

maiorū  
enimima  
gines do  
mi haber  
easq. in  
funere  
præferre  
veteres  
Romani  
solebant.  
tributū  
pendere.  
nā in mi  
litia pri  
mus ē ho  
noris gra  
dus tribu  
natus mi  
litum.  
ad Ptolō  
mæū Phy  
sconem.  
Iustinus  
libro  
xxxviii  
Ti. Grac  
chi, tribu  
ni pl. Cor  
nelia na  
ri, Africa  
ni maio  
ris filia.

ex hoc, quod eramus locuti: fit enim fere ut cogi  
tationes, sermonesq. nostris variant aliquid in som  
no tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo  
videlicet sæpissime vigilans solebat cogitare, &  
loqui) Africanus se ostendit illa forma, qua mi  
hi ex imagine eius, quàm ex ipso, erat notior.  
quem ut agnoui, equidem cohorruī: sed ille, ades,  
inquit, animo, & omitte timorem, Scipio, &  
quæ dicam, trade memoriæ. Vides ne illam vr  
bem, quæ parere populo R. coacta per me, re  
nouit pristina bella, nec potest quiescere? (osten  
debat autem Carthaginem de excelso, & pleno  
stellarum, illustri, & claro quodam loco) ad  
quam tu oppugnandam nunc venis pæne miles?  
hanc hoc biennio consul evertes: eritq. cognomen  
id tibi per te partum, quod habes ex nobis adhuc  
hereditarium. cum autem Carthaginem deleue  
ris, triumphum egeris, censorq. fueris, & obie  
ris legatus. Aegyptum, Syriam, Asiam, Græ  
ciam; delegere iterum absens consul, bellumq.  
maximum conficies, Numantiam excindes. sed  
cum eris curru Capitolium inuectus: offendes  
remp. perturbatam consilijs nepotis mei. hic tu  
Africane ostendas oportebit: patriæ lumen ani  
mi, ingenij, consilijq. tui. sed eius temporis an  
cipitem video quasi fatorum viam. nam, cum  
ætas tua septenos osties solis anfractus, reditusq.  
conuerterit; duoq. hi numeri, quorum vterque  
plenus, alter altera de causa, habetur, circuitus  
nati-

*naturali summam tibi fatalem confecerint: in te  
 unum, atque tuum nomen se tota conuertet ciui-  
 tas: te senatus, te omnes boni, te socij & Lati-  
 ni intuebuntur: tu eris vnus, in quo nitatur ciui-  
 tatis salus. ac, ne multa, dictator remp. consti-  
 tuas oportet, si impias propinquorum manus  
 effugeris. Hic cum exclamasset Lælius, ingemuis-  
 sentq; cæteri vehementius; leniter arridens Sci-  
 pio, quæso, inquit, ne me è somno excitetis, &  
 pax sit rebus. audite cætera. Sed, quo sis Afri-  
 cane alacrior ad tutandam remp. sic habeto, om-  
 nibus, qui patriam conseruauerint, adiuuerint,  
 auxerint. certum esse in cælo, ac definitum locum  
 ubi beati æuo sempiterno fruantur. nihil est enim  
 illi principi Deo, qui omnem hunc mundũ regit,  
 quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm con-  
 cilia. cætusq; hominum iure sociati, quæ ciuita-  
 tes appellantur. harum retores, & conseruato-  
 res, hinc profecti; huc reuertentur. Hic ego, etsi  
 eram perterritus nõ tam metu mortis, quàm in-  
 sidiarum a meis, quæsiui tamen, uiueret ne ipse  
 & pater Paullus, & alij, quos nos extinctos  
 arbitraremur. Immo vero, inquit, ij uiuunt,  
 qui e corporum uinculis, tanquam e carcere, e-  
 uolauerunt: uestra uero quæ dicitur uita, mors  
 est. quin tu aspicias ad te ueniẽtem Paullum pa-  
 trem. Quem ut uidi, equidem vim lacrymarum  
 profudi. Ille autem me amplexus, atque osculans  
 flere prohibebat. Atque ego, ut primum, fletu  
 represso,*

vide quæ  
 diximus.  
 113. in  
 Lælio.

non effu-  
 git. mor-  
 tu? enim  
 in cubicu-  
 lo inuen-  
 tus, est cū  
 pridie op-  
 time ual-  
 uisset.  
 creditum  
 é ab vxo-  
 re Sempr-  
 nia, Grac-  
 chorum  
 sorore,  
 veneno  
 necatū.  
 ciuitatis  
 definitio

Paullus,  
non Afri-  
canus.

vniuerso  
mundo.

retinen-  
dus est a-  
nimus in  
custodia  
corporis.  
Africa-  
nus.  
iustitia,  
& pietas  
in celum  
ducunt.

represso, loqui posse cœpi, quæso, inquam, pater sanctissime, atque optime, quando hæc est vita, ut Africanum audio dicere, quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Non est ita, inquit ille. nisi enim Deus, is, cuius hoc templum est omne, quod conspicias, istis te corporis custodijs liberauerit; huc tibi aditus patere non potest. homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quæ dicitur terra: hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera, & stellas vocatis; quæ globosæ, & rotundæ, diuinis animatæ mentibus, circulos suos, orbeshq; conficiunt celeritate mirabili. quare & tibi, Publi, & pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius, a quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est: ne munus humanum, assignatum a Deo, defugisse videamini. sed sic, Scipio, ut auus hic tuus, ut ego, qui te genui, iustitiam cole, & pietatem: quæ cum sit magna in parentibus, & propinquitum in patria maxima est: & ea vita via est in celum, & in hunc cœtum eorum, qui iam vixerunt, & corpore laxati, illum incolunt locum, quem vides (erat autem is splendentissimo candore inter flammæ circulus elucens,) quem vos, ut a Graijs accepistis, Orbem lacteum nuncupatis. ex quo omnia mihi contemplanti, præclara cætera & mirabilia videbantur. erant autem eæ stelle,

la,

la, quas nunquam ex hoc loco vidimus, & eae magnitudines omnium, quas esse nunquam suspicati sumus. Ex quibus erat illa minima, quae ultima caelo, citima terris luce lucebat aliena. stellarum autem globi terrarum magnitudinem facile vincebant. Iam vero, ipsa terra ita mihi parua visa est, ut me imperij nostri, quo quasi eius punctum attingimus, paeniteret. quam cum magis intuerer, quaso, inquit Africanus, quousque humi defixa tua mens erit? non ne adspicis, quae in templa veneris? novem tibi orbibus, vel potius globis connexa sunt omnia: quorum unus est caelestis extimus, qui reliquos omnes complectitur, summus ipse Deus, arcens, & continens ceteros: in quo infixi sunt illi, qui voluntur, stellarum cursus sempiterni: cui subiecti sunt septem, qui versantur retro, contrario motu, atque caelum. ex quibus unum globum possidet illa, quam in terris Saturniam nominant. deinde est hominum generi prosperus, & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. tum tum rutilus, horribilisque terris, quem Martem dicitis. deinde subter media fere regionem Sol obtinet, dux, & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio, tanta magnitudine, ut cuncta sua luce lustret, & compleat. hunc, ut comites, consequuntur alter Veneris, alter Mercurij cursus. in infimoque orbe Luna, radijs Solis accensa, conuertitur. infra autem iam nihil est, nisi mortale,

Lunam significat, lucem a Sole mutuam

non displicet, conexa, ut est in libro scripto.

ita legendum ex antiquo libro, & Prisciano, non prosper, ut antea. Sol mens mundi. infra Lunam omnia mor-

V tale,

ralia, su-  
pra om-  
nia æter-  
na.

dale, & caducum, præter animos generi homi-  
num munere deorum datos. supra Lunam sunt  
omnia æterna. nam ea, quæ est media, & nona,  
tellus neque mouetur, & infima est, & in eam  
feruntur omnia nutu suo pondera. Quæ cum  
intuerer stupens; ut me recepi, quis hic inquam,  
quis est, qui complet aures meas, tantus, &  
tam dulcis sonus? Hic est, inquit ille, qui inter-  
uallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata  
portione distinctis, impulsu, & motu ipsorum  
orbium efficitur: & acuta cum grauibus tempe-  
rans, varios æquabiliter concentus efficit. nec e-  
nim silentio tanti motus incitari possunt: & na-  
tura fert, ut extrema ex altera parte grauiter,  
ex altera autem acute sonent. quam ob causam  
summus ille quidem stelliferi cæli cursus, cuius  
conuersio est concitatio, acuto, & excitato mo-  
uetur sono, grauiissimo autem hic lunaris, atque  
infimus. nam terra nona, immobilis manens,  
ima sede semper hæret. complexa medium mun-  
di locum. illi autem octo cursus, in quibus ea-  
dem vis est duorum, septem efficiunt distinctos  
interuallis sonos: qui numerus rerum omnium  
fere nodus est. quod docti homines neruis imita-  
ti, atque cantibus, aperuere sibi reditum ad hunc  
locum; sicut alij, qui præstantibus ingenijs in vi-  
ta humana diuina studia coluerunt. hoc sonitu  
completæ aures obsurduerunt: (nec est ullus he-  
betior sensus in vobis: ) sicut, Nilus ad illa,  
quæ

Subaudi,  
Mercurii  
& Vene-  
ris. quod  
cum glos-  
sima fue-  
rit, irre-  
psit, ut a  
Cicero-  
ne dictum  
in libros  
impres-  
sos. Cen-  
sorius  
de die na-  
tali.

quæ Catadupa nominantur, præcipitat ex altissi-  
 mis montibus; ea gens, quæ illum locum accolit,  
 propter magnitudinem sonitus sensu audiendi ca-  
 ret. hic vero tantus est totius mundi incitatissi-  
 ma conuersione sonitus, ut eum aures hominum  
 capere non possint, sicut intueri Solem nequitis  
 aduersum, eiusque radijs acies vestra, sensusque  
 vincitur. Hæc ego admirans, referebam tamen  
 oculos ad terram identidem. Tum Africanus,  
 Sentio, inquit, te sedem etiam nunc hominum  
 contemplari, ac domum, quæ si tibi parua, ut  
 est, ita videtur; hæc cælestia semper spectato,  
 illa humana contemnito. tu enim quam celebra-  
 tem sermonis hominum, aut quam expetendam  
 consequi gloriam potes? vides habitari raris, &  
 angustis in terra locis, & in ipsis quasi, maculis,  
 ubi habitatur, vastas solitudines interiectas, hos  
 que, qui incolunt terram, non modo interruptos  
 ita esse, ut nihil inter ipsos ab alijs ad alios mana-  
 re possit, sed partim obliquos, partim transuer-  
 sos, partim etiam aduersos stare vobis: a quibus  
 expectare gloriam certe nullam potestis. Cernis  
 autem terram eandem quasi quibusdam redimi-  
 tam, & circumdatam cingulis: e quibus duos ma-  
 xime inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex  
 utraque parte subnixos, obriguisse pruina vides:  
 medium autem illum, & maximum solis ardore  
 torreri. duo sunt habitabiles: quorum australis  
 ille, in quo qui insistent, aduersa vobis urgent ve-

Plin. lib.  
 v. cap. ix:  
 Catadu-  
 pi etiam  
 gens Ara-  
 biæ, idem  
 lib. vi. ca.  
 xxix.

licet me  
 audias lō  
 ge præstā  
 tiora nar-  
 rantem.

aduersis  
 vestigijs  
 stātes cō-  
 tranoltra  
 vestigia,  
 vnde An-  
 tipodes  
 dicti. A-  
 cad. lib. 4.

nō. n. aut *stigia, nihil ad vestrum genus: hic autem alter*  
 vos ad il- *subiectus Aquiloni, quem incolitis, cerne, quam*  
 los, aut il *vos tenui parte contingat. omnis enim terra, quæ*  
 li ad vos *colitur vobis, angusta verticibus, lateribus la-*  
 con meã- *tior, parua quædam insula est, circumfusa illo ma-*  
 di facul- *ri, quod Atlanticum, quod Magnum, quod*  
 tatem ha *Oceanum appellatis in terris: qui tamen, tanto*  
 bent. ve- *nomine, quam sit paruus, vides. Ex his ipsis*  
 rum hoc *cultis, notisq; terris num aut tuum, aut cuius-*  
 fuit Cice *quam nostrum nomen vel Caucasum hunc, quem*  
 ronis æta *cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem*  
 te, nostra *transnare? quis in reliquis orientis, aut obeuntis*  
 nō item. *solis ultimis, aut Aquilonis, Austriue partibus*  
 quia pro *tum nomen audiet? quibus amputatis, cernis*  
 prior celo *profecto, quãtis in angustijs vestra gloria se dila-*  
 videba- *tari velit. Ipsi autem, qui de nobis loquentur,*  
 tur, cum *quã diu loquentur? quin etiam, si cupiat pro-*  
 sit mons *les illa futurorum hominum deinceps laudes uni-*  
 altissim<sup>o</sup>, *uscuiusque nostrum, a patribus acceptas, posteris*  
 quã Gã *prodere, tamen, propter eluiones, exustionesq;*  
 ges flu- *terrarum, quas accidere tempore certo necesse*  
 uius. *est, non modo non æternam, sed ne diuturnam qui-*  
*dem gloriam assequi possumus. quid autem*  
*interest, ab ijs, qui postea nascentur, sermonem*  
*fore de te, cum ab ijs nullus fuerit, qui ante nati*  
*sint: qui nec pauciores, & certe meliores fue-*  
*runt viri? cum præsertim apud eos ipsos, a qui-*  
*bus nomen nostrum potest audiri, nemo unius*  
*anni memoriam consequi possit. homines enim*  
*popu-*



populariter annum tantummodo Solis, id est unius aëri, reditu metiuntur. cum autē ad idem, unde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemq; totius cœli descriptionem longis intervalis retulerint: tum ille vere vertens annus appellari potest: in quo, vix dicere audeo, quàm multa sæcula hominum teneantur. nanque, ut olim deficere Sol hominibus, extinguiq; visus est, cum Romuli animus hæc ipsa in templa penetravit; quandoque eadem parte Sol, eodemque tempore iterum defecerit, tum, signis omnibus ad idem principium, stellisq; reuocatis, expletum annum habeto. huius quidem anni non dum vigesimam partem scito esse conuersam. quocirca, si reditum in hunc locum desperaueris, in quo omnia sunt magnis, & præstantibus viris; quantitandem est ista hominum gloria, quæ pertinere vix ad unius anni partem exiguam potest? Igitur, alte spectare si voles, atque ad hanc sedem, & æternam domum contueri: neque sermonibus vulgi dederis te; nec in præmijs humanis spem posueris rerum tuarum: suis te illecebris, oportet, ipsa virtus trahat ad verum decus: quid de te alij loquantur, ipsi videant; sed loquentur tamen. Sermo autem omnis ille & angustijs cingitur ijs regionum, quas vides: nec unquam de ullo perennis fuit: & obruitur hominum interitu: & oblivione posteritatis extinguitur. Quæ cū dixisset; ego vero, inquam, o Africane, siquidem bene

pro quam  
docūque.  
quod futurū est,  
ut ait Macrobius,  
quoddecim  
ann. milibus ab interitu Romuli.

Sermo hominum negligendus.

C I C E R O N I S

Paulli.

meritis de patria quasi limes ad cœli aditum patet, quanquam à pueritia, vestigijs ingressus, & patris, & tuis, decori vestro non defui, nunc tamen, tanto præmio proposito, enitar multo vigilantius. Et ille, Tu vero enitere: & sic habeto, te non esse mortalem, sed corpus hoc. nec enim is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Deum te igitur scito esse: siquidem Deus est, qui viget, qui sentit, qui meminit, qui prævidet, qui tam regit, & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est, quam hunc mundum princeps ille Deus: & ut ipsum mundum ex quadam parte mortalem ipse Deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. nam, quod semper mouetur, æternum est: quod autem motum affert alicui, quodq; ipsum agitur aliunde, quando finem habet motus, viuendi finem habeat necesse est. solum igitur, quod sese mouet, quia nunquam deseritur à se, nunquam nec moueri quidem desinit. quin etiam cæteris, quæ mouentur, hic fons, hoc principium est mouendi. principio autem nulla est origo. nam ex principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re fieri potest: nec enim esset hoc principium, quod gigneretur aliunde, quod si nunquam oritur, nec occidit quidem vnquam: nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit: siquidem necesse

se

principio nulla est origo.

SOMNIUM SCIPIONIS. 151

se est a principio omnia oriri. ita fit, ut motus principium ex eo sit, quod ipsum à se mouetur. id autem nec nasci potest, nec mori: vel concidat omne cælum, omnisq; natura cōsistat, necesse est, nec vim ullam nanciscatur, qua primo impulsu moueatur. Cum pateat igitur, æternum id esse, quod a se ipso moueatur: quis est, qui hanc naturã animis esse tributam neget? inanimatum est enim omne, quod impulsu agitur externo: quod autẽ anima est, id motu cietur interiore. nam hæc est natura propria animæ, atque vis: quæ si est vna ex omnibus, quæ sese moueat: neque nata est certe, & æterna est. hanc tu exerce optimis in rebus. sunt autem optimæ curæ, de salute patriæ; quibus agitated, & exercitatus animus, velocius in hanc sedem, & domum suam peruolabit: idque ocyus faciet, si iam tum, cum erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea, quæ extra erunt, contemplans, quam maximè se à corpore abstrahet. nam eorum animi, qui se corporis voluptatibus dediderunt; earumq; se quasi ministros præbuerunt: impulsuq; libidinum, voluptatibus obedientium, deorum, & hominum iura violauerunt: corporibus elapsi, circum terram ipsam volutantur, nec in hunc locum, nisi multis exagitati sæculis, reuertuntur. Ille discessit: ego somno statim solutus sum.

quæ sit animæ propria natura.

disce ratione aperiendi aditus ad celestem vitam.

A V C T O R  
A D P E R I L L V S T R E M  
I V L I V M P A L L A V I C I N V M .

Doctius haud cęsus quōdam est ab Apolline Python

Fortius haud victus Cerberus ipse fuit,

Crimina quàm Populi superas nunc Palladis arte.

Hinc, duce I V L I te, crimina tetra fugo.

Virtus est vitium fugere: & non gloria parua

Fœda peccati labe carere nigri.

DE OFFICII MEDII  
SIMVLACRO,

SIVE DE PECCATI VIR-  
TVTISQ. IMAGINIBVS:

Henrici Farnesij Eburonis I. C. & artis  
Oratoriæ in Ticinensi Gymnasio  
Regij Interpretis, εγχειρίδιον.

Peccati detestatio : siue improbi hominis mon-  
struosa Imago . I.



*I* virtutum decus est vir bonus,  
& virtus viri boni gloria : quid  
est aut improbitate infamius vi-  
ro, aut virtuti reluctantius homi-  
ne improbo? si tamen homo is est  
appellandus, qui non modo non  
olet hominem, sed etiam omni dedecore nomen pol-  
luit hominis. Atque si nihil est, ut aiunt, peccare,  
nisi fines rationis transire, num qui extra rationem  
viuit, magis homo videatur esse posse, quàm fera be-  
stia, cuius vita fundata est in ratione? minimè ve-  
rò.

rō. Nam, ut animal esse desinit, quod corporis fer-  
 sum amittit: ita hominis naturam perdit is, qui ge-  
 stum deserit rationis. quo igitur improbum appella-  
 bo nomine? belluæne? non patitur ratio. nam quæ  
 bellua est tam monstruosa, quæ pascatur, ut ille, sce-  
 lere? an fera bestia? ne id quidem. fera enim cum  
 dicatur à ferendo, quòd feratur cupiditate, nunquam  
 tamen, ut ille, eò fertur immanitatis, ut hostis sit sui  
 generis, sibiq; perniciosa & exitialis. quid? homi-  
 nisne itaque? nihil minus: uiuit enim homo non quia  
 spirat, asinus quippe spirans vitam ageret hominis:  
 sed quia agit ex ratione, quod si non facit, non homo:  
 sed spirantis mortui uidetur imago. Nec illum ta-  
 men mortuum appello, quia nec mordent, nec uelli-  
 cant mortui. quid igitur? ut Hippocentaurus ante-  
 riore parte hominis, posteriore equi effigiem præse-  
 fert, ita improbus monstrum est hominis: in ore e-  
 nim & oculis aliorum, loquitur ut homo: in flagi-  
 tiorum verò suorum latibulis uiuit ut bestia. quid?  
 res est improbitas exitiosa: nomen consceleratum:  
 Improbus utriusque architectus, & magister latro-  
 cinij. Nam quod ex rationis fœdere debet non red-  
 dit, quod autem non debet, sibi contra ius fasq; usur-  
 pat. nec refert utrum non sit ærarii debeculator. ~~dis~~  
 sit honestatis: num reip. non sit vexator, hostis mo-  
 do sit virtutis; magna est improbo sui nominis la-  
 bes: magna ad ignominie dedecus macula, quòd  
 improbus ab improbando, quia & honesta impro-  
 bet, & ab honestis uiris improbetur, sit nominatus.

Id si

Id si negat falsum est, sin fatetur, impudicum. quæ  
 diuerticula igitur, quas flexiones quæret suæ defen-  
 sionis? quibus tandem nos præstigijs infatuabit sui  
 præsidij? Nullum habet non aduersus se defensio-  
 nis suæ propugnaculum: apertè enim si scelus suum  
 admittit, dupliciter maleficij fit reus, primùm quia  
 peccat, deinde quoniam docet alios peccare; sin ne-  
 gat quod res est, obscuroq; aliquo tegit mendacio, ter-  
 fit improbus; semel sceleris causa: iterum mendaci-  
 j: sæpius denique quia quas pœnas debet, non dat legi-  
 bus & iudicio. Neque adeò peccatum, apud bonos  
 viros aestuat odio, quàm peccati patrocini-  
 um: cum scelus addat sceleri, qui turpitudinem tuetur scele-  
 ris. nam si turpe est inhonesta sentire: appetere iniu-  
 stum: conari sceleratum: facere nefarium, quid dicã-  
 tueri & defendere? Sed quid ego hæc nunquam non  
 putidum, & semper graue est peccare. Nam qui  
 peccati stimulis concitatur, quasi furia infernalis,  
 tædis ardentibus agitur: quid enim est peccatum,  
 nisi timoris & cruciatus diuersorium? quid improbi  
 hominis vita, nisi lues impura & summa malorum  
 colluui-  
 o, quæ capitalior est omni veneno? potest ser-  
 pens in venis & visceribus venenum alere sine dolo-  
 re: nõ potest homo improbus virus suæ acerb-  
 itatis, sine dolorum aculeis, tenere. Quare si aliquando re-  
 sipiscat improbus neminem magis, quàm seipsum ti-  
 meat. quid ita? primùm quia proditor est sui nomi-  
 nis & famæ: deindè vitæ suæ crudelissimus carni-  
 fex, & ita, vt viuus mortuusq; suo continencer ma-  
 ctetur

HENRICI FARNESII

Etetur vitio: quem igitur sui tortor cum sit impleret?  
 cuius auxilium inuocet? non potest homini improbo,  
 cum omnia detrimento habeat, benefieri. Nam ei  
 qui ministrat, ansam ministrat peccandi. quid? nihil  
 est improbo infelicius: nihil morti similis, quam  
 eius vita. Etenim improbe agere non est viuere, sed  
 vitam crudeliter restringere & delere; siquidem, si  
 nihil est, nisi ratione boni: an qui peccat, cum a sum-  
 mo, vel potius omni bono recedit, non desinit esse,  
 nedum viuere? at uiuit: uiuit? immo uoluptate ge-  
 stit. quanquam quæ est ista flagitij uoluptas? nihil  
 est aut flagitium nisi animi morbus: aut morbus ni-  
 si eius, qui eo conflictatur, tormentum & cruciatus;  
 an exultat lætitia? exultant item cum sibi manus  
 iniiciunt furiosi: nec ideo non sunt miseri, quid?  
 improbus peccato gaudens quasi furiosus summo suo  
 gaudet malo: in peccato enim nihil est boni, nisi quod  
 sui auctorem torquet & excruciat: in improbo nihil  
 unquam laudabile, nisi cum moritur, id est, cum vi-  
 tam aut deserit omnino, aut lacerandam tradit legi-  
 bus & iudicio.

ἀντιπαράδοξον, quod iure possit peccatum accu-  
 sari, non possit non falso defendi. II.

**P**aradoxis quasi quibusdam argumentorum præ-  
 stigij's peccati facies interdum mutatur, & ita  
 mutatur, ut soleat aut oculi omnino, aut non turpis,  
 vel honesta etiam uideri: quare si quis personam in-  
 duat



duat peccati argumentorum laqueis & captionibus  
 fretus, nō vereatur fortè in hāc suæ defensionis arcē  
 apertè palamq; ingredi, ut audeat primūm peccata  
 vlla esse negare: deinde si quæ sunt, ea paria esse as-  
 seuerare: tum etiam si paria non sint, nulla tamen  
 in reip. quasi quæ honesta sunt, legibus & iudicio ex-  
 piari oportere. Quòd autem nullum sit peccatum fa-  
 cilè urgebit, his puto petulantia aculeis, & scrupu-  
 lis. primūm ab vno, atque altero dilemmate, tū ab  
 inductione hoc modo. Peccatū, aut est habitus, aut  
 non est: utrumuis concesseris, constat nullum esse  
 peccatum. Nam si habitus non est, repente tollitur  
 uis & natura peccati, per Dialecticorum regulam,  
 sublato genere, tollitur species, sin verò habitus est,  
 conuincitur rursus à maiori nullum esse peccatum;  
 sic. patrem occidere non potest esse habitus, cūm ha-  
 bitus nihil sit, nisi eiusdem rei, quæ in nobis inuetera-  
 uit, sæpius facta iteratio: nemoq; iterum ac sæpius  
 possit occidi: igitur si patrem occidere non est habi-  
 tus, nec erit peccatum: hac Dialecticorum lege, à  
 quocunq; remouetur genus, debet & species remo-  
 ueri, quod si ita est, neque furari, neque mechari, ne-  
 que vllum denique erit peccatum. hac rationis aucto-  
 ritate: si quod magis inesse videtur, non inest, nec id,  
 quod minus inesse videtur, inest. alterius dilemma-  
 tis faces, & mallei hi sunt, quibus non modo uis, et  
 natura, sed etiam nomen deleri, & restringui videtur  
 peccati. Peccatum omne aut inuitè fit, aut volunta-  
 riè. at non patrat inuitè, quia sic omnes peccarēt  
 belluæ,

HENRICI FARNESII

belluæ, quæ nihil agunt de uoluntate: neque uoluntarie: siquidem cum uoluntas sit appetitus rationis, flueret peccatum ex ratione, à qua nihil potest non honestum manare: quare causa tanquam ansa sublata peccandi, ne peccatum quidem uidetur posse committi. Inductione hoc ipsum corroboratur: inductionis autem eius armatura hæc est. An non ira est in tigris? nemo potest inficiari. Nam ita furoris inflammatur incendio ad tympani sonitum, ut crudelissimè seipsam discerpit, & laniet. quid? non in Hirco libido? immò ea ita exardescit, ut à primo sui ortus tempore, ad extremum usq; uitæ tempus, perpetuò diffluat libidine. quid Bufo? ea flagrat auidia, ut cum pascatur terra, se tamen fame excruciet, metuens terram aliquando sibi ad pastum futuram. nùm in sue est insatiabile abdomen? eo sus laborat ventris & gulæ uitio, ut nunquam sit sine fame: disrumpiq; possit facilius, quàm satiari. an non leo turget superbia? ea ducitur aura inanis gloriæ, ut supplicibus, & ad pedes eius iacentibus parcat: moriq; in pugna malit, quàm per dedecus fuga salutis suæ consulere. quanta denique aut inuidia est in Pauone, aut in Asino ignauia? ille ita hominum utilitati inuidet, ut etiam stercus suum resorbeat, metuens ne quid eo hominibus apportet commodi: hic ita languori & inertie est deditus, ita congelatus otio, ut Agasoni statim operam nauare desinat, nisi fuste cogatur & uerberibus. Quare, cum bestia non sit meliori, quàm homo, conditione, constat ab enumeratione

tione

sione partium aut nullum in hominem cadere pec-  
 catum, aut brutas animantes omnes grauiter pecca-  
 re. Alterum defensionis suæ patrociniū est, quod  
 omnia peccata esse paria argumentorum fœdere ni-  
 titur probare: opinionisq; suæ falsitatem his captio-  
 num adminiculis sustentare: primū ab interpreta-  
 tione sic: nihil est peccare nisi id facere, quod non li-  
 cet: sed quod non licet, ut priuatio & habitus, non  
 suscipit maius & minus: non est igitur peccatum ne-  
 que maius, neque minus peccato, quocirca censentur  
 rationis trutina, omnia æqualia esse peccata. deinde  
 colorat hoc ipsum à contingentibus: omnium pecca-  
 torum reatus mors est: sed vnum crimen morte ex-  
 piatur: qui ruit igitur in vnum crimen, omnium fit  
 reus per regulam quod vni conuenit, & illud, quod  
 illius est consequens: urget demum à cōtrarijs. Qui  
 ornatur una uirtute, ornatur (ut ait Plato) omni-  
 bus: cum vna sit solum uirtus, sed diuersis appellata  
 nominibus; igitur qui vno vitio polluitur, omnibus  
 pollui videtur. Nam contrariorum contraria sunt  
 consequentia; quare tantum abest, ut peccatum pec-  
 cato non videatur par & æquale, ut ne numero qui-  
 dem, id est natura videatur differre. Ultimū deni-  
 que peccati propugnaculum hoc est: quòd peccatum  
 in ciuili ratione, nullo supplicio debeat expiari. duoq;  
 sunt, cur impune remanere debeat peccatum, argu-  
 mentorum loci, unus à contrarijs: alter à maiori.  
 hoc modo. primū si uirtus moralis est sufficiens  
 premium boni uiri, non potest peccatum, lege contra-  
 riorum

HENRICI FARNESII

riorum non improbi hominis moribus par & æquale esse supplicium. Sed illud est uerum: etenim premium sufficiens est homini, per quod optimè se habet, quod solum fit uirtute: ergo peccatum per se improbo homini sufficiens est supplicium: quare nullo debet ciuili iudicio expiari. Nam, ut aiunt Iurisperi-  
ti, non est afflictio addenda afflicto. alter locus non rationem, sed fucum sequitur rationis, hoc modo.  
Qui peccat per ignorantiam non punitur, quia non uolens peccat, nec igitur puniri debet, qui peccat de industria. Nam qui ex ignorantia delinquit, grauius peccat, cum duo peccata magis obligant, quàm unum. alterum est mentis, ignorantiaq; dicitur alterum actionis, quod crimen uocatur. at qui de industria peccat, alterius tantum fit reus. quare (lege Dialecticorũ à maiori, si quod magis inesse uidetur nõ inest, nec inest quod minus inesse uidetur) consultò peccãs, & de industria nõ debet legibus, et iudicio puniri: igitur cũ nec temerè, nec cõsultò qui peccat, puniatur, nullum peccatum puniendum est. Hæc est arx peccati munitissima: hoc peccantis præsidium: hic eius defensionis mucro: qui non difficile retunditur, uel potius ei extorquetur. Etenim nullum mendacium est in questionum inuolucris tam recũditũ, cuius dubia inter disputanarum ex incunis mortalium sensibus non abstergat ratio. Quod nullum sit peccatum, uno atque altero dilemmate, ac demum probatur inductione. uerum argumenta ea ita reuelantur ueritati, ut cũ maximè suis pigmentis, colore

lorem, lumenq; præse ferant ueritatis, tunc potissimum obscurent & debilitent ueritatem. Atque in primo dilemmate ~~motus~~, & lubrica est ratio alterius membri. Nam & si patrem occidere proprie non est habitus, uim tamen eius obtinet & naturã, quia fit ex habitu non obtemperandi rationi & legibus: potestq; iccirco habitus dici: quòd quicquid est causa causæ: causa est causati. In altero dilemmate hebes item est, & minimè mordens partitionis alterius aculeus; negaturq; quod fit uoluntariè, id omnino fieri ex ratione. siquidem uoluntas non solum habet usum rationis, sed etiam abusum. Inductionis demum peruertitur ius & ratio: quòd non à simili; sed à dissimili trahatur: par enim est brutis affectibus parere: hominibus imperare. Quod autem, secundo loco, contendit: Peccata esse æqualia, idq; ab interpretatione, à contingentibus, & à contrarijs: ueritas nec fucò alitur, nec crescit fallacia, sed ratione quæ hominum mentes, abstergit omni opinionis errore. Inanis primum est & nugatoria ab interpretatione argumentatio: falsum enim est consequens. Nam peccare non licet, propter dissidens quiddam à ratione, quod magis & minus licet, eaq; re peccatum peccato, & minus fit & grandius: qua ex re peccata ~~consequenter non possunt esse æqualia~~: ut enim recessus ab honesto non semper est æqualis, ita peccatum solet cum accessu ad inhonestum crescere, & recessu decrescere: à contingentibus argumentum refellitur distinguendo, quòd omnium peccatorum particula

X in pro-

in propositione, est de omnibus peccatis separatim, non coniunctim intelligenda. Argumenti demum nodus à contrarijs nec potest, nec aebet ad fidem faciendam adrepere. Soluiturq; hac ratione, quod etsi peccata omnia simul esse possunt in genere, distant tamen à se, & discrepant in specie. Quòd tertio demum loco asseuerat peccatum nullo esse expiandum supplicij genere. quasi aures, vel ita clausas habeamus veritati, vel ita falsitati apertas, ut veritatem stomachantes oblectemur falsitate. argumentum igitur à contrarijs infringitur distinguendo: duplex enim est supplicij ratio: una in delicti morsu, quæ est à natura; nec hanc pœnam possunt leges scriptæ inurere: alia est in delinquentis correctione & medicina, quam affectat ratio, iusq; ciuile: qua qui afficiuntur non solum, non affliguntur, sed etiam iuantur. Negatur ultimò argumentum à maiori. Non enim magis inesse videtur, ut per imprudentiã quis peccet plus, quàm de industria. Nam grauius peccaret stultus, quàm homo improbus.

Κατὰ λέξιν definitio; quòd peccati res sit perniciofa nomen infame. III.

**N**IHIL est scelus defendere, nisi scelus turpitudinem nouo scelere conflare. quare peccatum non solum nudum est ab omni defensionis præsidio: sed etiam iure tam acerbè, & crudeliter suis nominibus accusatum, & nihil ipso peccato gra-

grauius videatur esse expiandum legibus, & iudi-  
 cio. quid? est peccati nomen consceleratum & in-  
 fame; res turpis & exitiosa: vtrumque Deo im-  
 mortali & hominibus simul displicens. Nec quis-  
 quam est ita amentia cecus & furore, qui id non  
 videat, vel non intelligat potius. Nam quid est  
 peccatum? nihil certè, si quibus vapulet vocibus,  
 velimus ad vinum resecare: nisi delictum, crimen,  
 vitium, flagitium, facinus, noxia: quorsum? ut intel-  
 ligamus nihil esse, neque in odio capitalius, neque in  
 dedecore turpius peccato. Nam cur peccatum à  
 pelliceo grauissimo libidinis verbo, hoc est auite-  
 rium committo, ortum trahit? non quia, opinor, aut  
 lubrica, est via peccandi: libido, aut præceps iter ad  
 libidinem peccatum: sed quia peccati flagitio stu-  
 pratur ius: violatur ratio: polluitur denique ani-  
 mi consilium. quid delictum? magna hac in voce  
 lues est sceleris & contagio: dicitur enim delictum  
 quasi derelictum, partim quia improbus legem, na-  
 turam, atque rationem relinquit peccando: partim  
 quoniam procul relinquitur ab omni iuris, & iusti-  
 tiæ præsidio: vel potius quoniam & res, & fama,  
 & vita denique ipsa homini pro peccato est relin-  
 quenda: potest enim vita exutus esse felix, & bea-  
 tus: non potest scelere contaminatus. quid crimen?  
 ductum est à verbo cerno: nulla enim criminis la-  
 bes adeò cæca est, atque ab omnium sensu, & iudi-  
 cio remota, quam animaduertendo, non cernat  
 Deus: nullum crimen, quod peccanti non tollat lu-

HENRICI FARNESII

men cernendi, id est non mentis perstringat oculos, atque dementiæ tenebras obducat. cur vitium? est vitij nomen à vitando dictum, quod peccatum magis sit, quàm cruciatus, quàm inopia, quàm interitus vitandum. mors enim est, ut cruciatus, malum corporis: peccatum verò animi. quare cum ex pluribus malis minus sit eligendum, quisque magis debet velle mori, quàm peccare: non enim solum peccatum est colluio, & euersio honorum omnium, sed etiam cloaca omnium malorum. quare flagitium? quia flagris hoc est supplicij est expiandum. Nam (ut inquit Plato) qui dant pœnas suorum scelerum, ex iniustis redduntur iusti; nec magis infirmi curatione, quàm improbi pœna videntur morbo suo leuari, vel potius liberari. quocirca bis sunt miseri, qui impune sunt dimissi: semel propter peccatum: iterum quia curatione destituuntur & medicina peccati. quamobrem facinus? est facinus à faciendo nuncupatum, quod in peccato fiat, quod non oportet: quod autem oportet non fiat; vel potius, quòd ex peccato tanquam ex Circeo poculo homo fiat bellua: quid enim interest, utrum quis ex homine mutetur in belluam, an in hominis figuram naturam induat belluæ? atque ne longè abeam nihil est peccati deformitas, nisi omnium contumeliarum comitatu stipata turpitudine. quare denique noxia? est noxia à nocendo dicta, quòd nihil sit nocentius peccato; nec innocens magis, quàm qui eo caret. Est enim peccatum omni artificio nocendi circumual-



cumuallatum . nocet animi bonis propter turpitudi-  
nem : fortunæ ~~commodis~~ propter detrimentum ; cor-  
poris saluti propter morborum genera , quæ maxi-  
mè ortum habent ex morum vitio . quid ? nihil est  
nocentius homine improbo , qui viris bonis pernicio-  
sus est : peruersis ne utilis quidem ; qui alijs omni-  
bus officit , sibi non proficit . quid inquam proficit ?  
immò nunquam sibi magis nocet , quàm cum maxi-  
me sibi placet . quid alijs officit ? aut innocenti no-  
cet ; aut parcit nocenti , vt nunquã non noceat .

Α' αληγορια: Quod peccatum nihil sit nisi mentis  
cœcitas : infania voluntatis : rationis pellex :  
iudicij infantia ; sensuum morbus ,  
ac denique morum pestis &  
contagio. IIII.

**T**URPITVDINIS ignominia omnis vi-  
tio desponsa cùm sit & destinata , videtur na-  
tura vitij turpitudinem acrius interdum reprehen-  
dere , quàm vt possim eius reprehensionem , vlla alle-  
goriæ suauitate delinire . Nam quorsum , quòd Ci-  
conia migrare possit , exulare non possit ; cogaturq̃  
~~procul egressa reuerti . & reuersa proprios nidos re-~~  
petere ? magna verò sceleratorum verberatio , qui  
ultrò norunt à ratione ad vitia exulare : non norunt  
etiam diu edocti ab exilio vitiorum ad rationem re-  
uerti . Naturam , hoc loco , improbis reclam autem  
non sentire , non est hominis , sed trunci , & stipitis .

X 3 Nec

HENRICI FARNESII

Nec attinet, quod in ea aliter inuolutum est, pueri-  
liter, & nugatorie euoluere. Nam quæ latent in si-  
militudinum inuolucris, iucundius intelliguntur,  
quàm verbis exprimuntur. In peccati igitur pedore  
libenter utor allegoriæ iucunditate; si vlla tum, in  
summo malo, potest esse iucunditas. Nam per al-  
legoriam, nihil est peccatum, nisi mentis cæcitas; in-  
sania voluntatis: rationis pellex; iudiciij infantia  
sensuum denique fraus & deceptio, quæ ut pestis ab  
omnibus est cauenda. quid? cur mentis cæcitas? quo-  
niam, ut in obscura noctis caligine nullum est colo-  
rum discrimen: nec aurum potest a plumbo dignosci,  
solentq; pugnatia eodem modo iudicari, ita in cæcis  
perturbationum nubibus, & obscurissimis uitiorum  
tenebris, non solum cõsiliij lumen amittit improbus,  
sed etiam æqui & iniqui iudicium. fitq; iccirco, ut  
turpitudinem laudet pro honesto, & honestum dānet  
pro turpitudine: inimicum etiā saepe excipiat pro ami-  
co, & amicum contra oppugnet pro inimico. atq; in-  
ra omnia cum peruertit, ita occæcatur suo crimine,  
ut putet aut etiā clamitet optimo se uti iure. quare  
voluntatis insania? quia sicuti insani furore tanquā  
tædis ardentibus agitati manus cum sibi inferunt,  
seq; lacerant, atque adeo alijs lachrymas mouent,  
ipsi tamen in cachinnos, & risus prorumpunt, nihil  
sentientes, quàm sint miseri; ita impuri & conscele-  
rati voluptate, in flagitiorum sordibus bacchantes,  
hoc miserius, grauiusq; cõsiliantur, quòd ne ipsi qui  
dem norint, dum exultent letitia, quot quantisq; in  
malis

malis miseri, iam atque propè perditu involutentur. quid rationis pellex? sicut adultera, quò maiore estuat amore adulteri, eò magis simulat à se uirum diligi: sic flagitiosissimus quisque quò studiosior sepe videtur rationis, eò maiorem in modum studet rationem stuprare; nec rationi dat operam, nisi ut libidine possit uti, pro ratione. quid? cùm maximè abutitur rationis consilio, id agit, ut consilij sui consors summo amoris fœdere constricta videatur ratio; quod turpissimum cū sit, non adeo tamen turpe est, quàm formidabile. Nulla quippè res est, qua non solum indocti, sed etiã docti facilius capiantur, quàm simulationis, & dissimulationis lenocinio. quãobrè iudicij infantia? quia ut infantes leuissima quæque admirantur, totique sunt in rebus fluxis & caducis: magnas quidè res ne cogitatione quidem concipere, possunt: ita improbi homines earum rerū rapiuntur amore, in quibus nihil est non putidum & inane: à rebus verò magnis & præclaris, tanquam infantes exterminantur iudicij tenuitate. quorsum sensuum fraus & deceptio? non procul abest ratio. Nam sicuti Hydropici cæteriç, ægroti, ibi, ubi apparatus fruuntur cum elegantia, & copia, sunt miserrimi voluptati, & sensibus obtemperantes; sin contrà siti & fame attenuantur, statim in spè ingrediuntur valetudinis recuperandæ; ita homines impuri & dissoluti, quò magis indulgent sensibus eò redduntur deteriores; sin uerò ab ijs arcentur, infringitur omnis, quasi morbi uis, animi turpificati conspiratio. Cur

HENRICI FARNESII

denique, ut pestis, ab omnibus cauenda? quia ita ser-  
 pit lues improbitatis, & peccati contagio, tam longè  
 latèq; manat, ut non solum in oram ultimi orbis ra-  
 piatur, sed etiam in hominum animos statim se im-  
 mergat, nisi ei occurratur. quid? ne longè ab eâ non  
 una è fidibus dissona magis citharæ concentû, quàm  
 cuius aliquis dissolutus uniuersam sæpè turbat ciui-  
 tatem: non adeò unum putridum corporis mēbrū,  
 integrum corpus, eiusq; uires infirmat, quàm reipu-  
 incolumitatē unius interdum turpificati animi con-  
 tagio. quorsum hæc? non aliorsum opinor, nisi ut  
 sicut admodum musici è fidibus dissonam resecant,  
 & è membris putridum medici, ita ius & ratio sce-  
 leratissimum quemque separet ex hominum societa-  
 te, nec uereatur infra mortuos amandare.

Κατὰ φυσιογνωμίαν: quòd oculorum pupillæ bre-  
 ues, & retractæ peruersitatis in homine  
 sint interpretes, & nunciæ. V.

QVÆ res natura vitium execrantur, tanta  
 sunt in multitudine, ut eas, difficile sit in me-  
 moriam reuocare, nedum recensere. nihil.n. agit, ni-  
 hil molitur natura, tam accuratè, quàm ut ius in re-  
 bus, quæ gignuntur, eorum quasi, quæ uitanda sunt,  
 cernatur effigies, & imago. quid? ab earū infinitate  
 ut recedam, unusquisque, si Physiognomis credimus,  
 à natura suo accusatur vitio: neque id inanibus uer-  
 bis, sed certis quibusdā quasi stigmaticis notis. atq;  
 oculi

oculi, in primis, mores effingunt hominum; cum enim in homine peccati habitet dedecus, tum maxime id eius ex oculis in lucem emergit. oculorum. n. pupillæ breues & retractæ, ut ait Albertus Magnus, summae peruersitatis sunt nunciæ. Nec temere. nã peruersitas omnis aut in mente, aut in oratione, aut in actione consistit: quarum partium in pupilla, tanquam in tabula, cernitur imago & figura. Neque aliud ferè est uitium mentis, nisi dementia, cuius quasi quædam facies in oculorum notis speculatur expressa. etenim, ut oculi hominum habent cum animantibus maiorem similitudinem, quam cætera sensuum instrumenta, ita occæcatus dementia maiorem affinitatē habet cum belluis, quam cum hominibus. quid? sic ardent oculi, ut quid lateat in animo, non difficile elucescat: in pupilla uerò ne difficile quidem, cuius breuitas euidens est dementiae argumentum. qui sic? quia penuriam notat spiritus, qua ex penuria exarscit succus & sanguis ingenij, hoc est succrescit dementia. Neque hæc corruptelarum illecebris eblaudita sunt, sed enucleata naturæ testimonio, ueritatis, & iudicij suffragia. atque cur pupilla quasi pusilla est dicta, nisi quod stultorum hoc familiare est uitium, ut sua errata quamuis maxima, aut nulla sibi uideantur, aut pusilla? non est à signis argumentum, delirantium somnium, sed philosophorum iudicium. atque quemadmodum homini solum, in omni animantium genere, deprauantur oculi, nec ulla etiãnum bestia cocles, aut lusca est reperta, ita solus homo inter omnes

## HENRICI FARNESII

omnes animantes contaminatur ignorantia, & de-  
mentia ignominia. atque ne dudum circūrodā quod  
deuorandum est, nihil est, ut ipsi loquuntur oculi, ne-  
que inutilius dementia, neque contagiosum magis.  
Nam quorsum, quòd primū moriuntur, ultimi na-  
scuntur oculi? verum, his signis, dementia simula-  
crum elatum est foras. Siquidem nihil est, nisi plane  
hebescimus, stultitia neque ad detrimentum expedi-  
tius, neque ad utilitatem tardius. de eius detrimen-  
to, quid attinet dicere? balbi minimè sunt oculi:  
quorum tanta est fascinatio, ut mulieres pleræq; ue-  
nenum fundant intuendo: amatorum virgines: pe-  
stiferum pueris vetulae iam senio confecta. hoc natu-  
rae testimonio satis puto videmur odorari nihil esse  
mali, quod ab eo non sit metuendum, cuius perstrin-  
guntur inscitia mentis oculi. hæc sunt de mentis per-  
uersitate. at quæ sita est in oratione peruersitas, ea  
quæ oris petulantia dicitur, cuius luculentam ima-  
ginem præferunt oculi. quid ita? quia ut insecta,  
quæ pupilla carent, aut in aluo habent aculeum, aut  
linguam adeo aculeatam, ut durissima quæque tan-  
quam mucrone penetrent, atque tabum, & cruorē  
eliciant: ita qui breuem & retractam habet oculo-  
rum pupillam, hoc ipsum olet insectorum genus. ete-  
nim vel in stomacho suæ peruersitatis virus habet  
veluti aculeum recunditum, vel in ore promptum,  
cuius procacitate nihil non violat, & contaminat.  
quid multa? quemadmodum insectis nulla est vox  
cum non spirent: sed sonus ab ijs, spiritu exteriori,  
citetur

citetur attritu membranarum, ut fit in Cicadis: ita homo vesanus, petulans & maledicus, quando spiritu, id est mente, caret hominis, non potest ut homo loqui: nec ab eo uerba, sed petulantiae exaudiuntur verbera, sine ordine, sine modo, contra ius fasque naturae. quae denique, ut diximus, consistit in actione peruersitas & mentis turpitudine, orationis quasi educata nutrimentis, ipsa scelere se demum colorat, & corroborat: hoc falsè pupillarum ratio. Nam qui pupillas exiguas habent oculorum ad insecta, quae pupillis aut etiam oculis carent, referuntur. quorsum? ut insectis multi sunt pedes, nec ullum certum iter: ita contra improbus etiam sine pedibus omnes scelerum vias nouit. quid? hanc effigiem augent sceleris. quòd cum nihil sit oleo salutare magis: moriuntur tamen si eo instillentur insecta: quia oleum meatus obruit, qui in ijs sunt angustissimi: spiritumque simul arcet & suffocat. res planè insectis infamis: hoc longè infamius improbis, quòd quae uirtus per se est iucunda & salutaris, ea impuris hominibus supplicium fiat & interitus: eòque sunt insecta improbis meliori conditione, quod illa conuulsa etià uiuant, illine illæsi quidem possint uiuere.

Quòd Ceres fabulae quasi quaedam sit peccati facies, eiusque quatuor causarum figura. V I.

FABULARUM praesidio res eas ferè corrigunt Poetae, quae uix possunt, non feruido quodam & petu-

HENRICI FARNESII

& petulanti genere dicendi, exprimi. atque cum ma-  
 leuolentiæ flammæ vera sæpè concitantur oratione  
 eas facile, fabularum artificio vitant Poætæ. quare  
 in Circea fabula, in primis, omnes quasi improbita-  
 tis fluctus summis contumeliarum ventis sentiuntur  
 sine nausea & stomacho agitari: nec minus iucundè  
 sentit improbus, quàm grauius se vapulare. quid? in  
 fabulæ huius inuolucris causa, atque ut ita dicam,  
 facies cernitur peccati. sunt autem peccati causæ  
 quatuor: efficiens voluntas: forma, animi pertur-  
 batio siue affectus: materia rei turpitudine: finis de-  
 nique peccantis bonum insidiosum, siue suaue ma-  
 lum. hoc fabula. Nam quorsum quòd circe dicitur  
 solis & Perseidis Oceani, ut scribit Hesiodus, filia:  
 veneficiorumque procreatrix & magistra? fabulã  
 hanc qui lustrat animo, causas omnes, verumque  
 simulacrum peccati videt. quare n. ex sole parente  
 nata? significationem sol habet voluntatis. ut n. sol  
 dicitur oculus mundi, atq; iccirco Phæbus à græcis  
 quasi φῶς τοῦ βίου hoc est lux vitæ est nominatus: ita  
 voluntas, quæ appetitus est rationis, omnia ratione  
 eiusque facibus illustrat. est autem voluntas cã effi-  
 ciens peccati: Nam peccatum nullum fit nisi de vo-  
 luntate. hoc poætæ. nam quorsum Python serpens à  
 Phæbo interemptus? quia non solum peccati vita est  
 à voluntate, sed etiam interitus. quid Circe? nihil  
 est nisi forma, & ut ita dicam, imago peccati. Nam  
 ut circe perturbationis habet significationem. ita ip-  
 sa animi perturbatio peccati formã habet, & ima-  
 ginem



ginem, etenim ex perturbatione animi hoc est ex affectu peccatum iudicatur, non ex euentu. dicta igitur est circe à κίρρα σδάσμι miscere, siue perturbare non tam quòd diuina humanaque peccatum perturbet omnia, quam quòd forma peccati sit ipsa animi perturbatio. cur ex Perseide matre suscepta? materiam portendit peccati. dicitur quippe Perseis à πέρσεισ populor & deformato, quod nihil sit peccati seges & materia, nisi rei deformatio. hoc est honesti de populatio. quid? non scylla puella in tam horribile monstrum à Circe est conuersa quam à peccato sepe mutatur ipsa hominis natura. nihil est eo homine, qui est scelere passus, mōstrosius. quid in quā mōstrosius? immo exitialius. venenum n. interdum non est exitiale: scelus nunquam est non exitiosum & capitale. hæc est n. aconiti natura, vt hominem non interimat, si quid in homine, quod mortiferum sit et letale reperiat: ea vero peccati uis, ut non modo non restringetur peccato sed etiam cumuletur. atque duo si per se exitialia uenena simul hauriuntur: ambo se inter se interimunt, qui hausit incolumis euadit separatim autem si sumantur occidunt singula: peccatū contra, quod separatim sæpè flaccescit, magis magisque numero ingrauescit, spemque exterminat salutis. at cur deniq. Circe uenefica est peccati finis tāquā ueneni. peccatū n. quasi uenenū quò maiori hauritur cum voluptate, eò magis haurientē dei ceps excruciat et enecat. quare misera ē incūditas delectātis peccato. hoc isabula loquuntur Ulißis socij in  
feras

ras bestias commutati. id est, si benè attendimus  
 impuri & dissoluti quorum vita immanitate esse-  
 rata, summo infamiae flagrat dedecore.

Adagium quòd exterminandus sit Improbus  
 tanquam bestia infausti ominis. VII.

**M**μὴ γεύσασθαι τῶν μελῶν οὐρών. Ne gustes ex ijs  
 quibus nigra est cauda. docet adagiū ab impro-  
 borum consuetudine esse abstinendum. acris vero in  
 improbos adagij morsus, vel ignominiosa potius uer-  
 beratio. nota n. ijs inuritur bestiae mali ominis. Nā  
 cauda est bestiarum tantum, solusque homo inter o-  
 mnes animantes ea vacat. quid? adagij huius au-  
 thoritate homo improbus personam amittit homi-  
 nis: induitque naturam ferae animantis. atque eius  
 ingrauescit infamiae dedecus, quòd in terris, à mor-  
 talibus omnino sit vitandus. quò igitur, eum si non  
 ferunt mortales, est abigendus? in cælum ne? mini-  
 mè vero. Nam Improbus non potest cælo capi. an  
 in deserta loca? ne id quidem. cum summa in solitu-  
 dine, nulla possit esse hominis uita. quò tandem de-  
 trudendus? ad inferos, opinor, quò omnis sentina  
 confluit malorum. Nec enim est inferorum inquil-  
 nus, sed habitandi dominus. hoc adagium: quo in  
 perditos & dissolutos nihil potest dici desperatius, sed  
 ago iam leniter & remisse. cur cauda? in insectorū  
 genere, alia loco caudae aculeum habent, ut vespa:  
 improbus in rei extremo non contentus iniurię acu-  
 leo, habet etiam stimulos, quibus quod ius fasque

est confodit: alia caudam veram habent, sed pestifero & letali veneno imbutam, ut scorpiones, improbus scelus, pro veneno, habet omni morte deterior: alia cauda se mouet absissa, flagitiosus & dissolutus non se mouet, sed ad arbitrium libidinis, mouetur. qui sic? quia eum à uirtute in qua summa est libertas, vitiū abstrahit. quid nigra cauda? est nigror, si bene attendimus, infelicitatis & exitij color si tamen colorem eum debemus nominare, qui quasi negatio est coloris, ut testantur cæci, quibus quæ non vident nigra apparent omnia. quid? cur nigror est infausti ominis? aperte id docent medici, qui nigra infirmorum excrementa uolunt esse desperationis plena, non obscure natura, quòd nocte intempesta horrent omnia, valdeque nigri omnes natura sunt timidi. quid multa? ut in carbone nigror caloris restincti est nuntius, ita eo colore calamitas & interitus solet portendi atq. id est, opinor, cur apud Romanos olim suscepit usus, ut in iudiciorum suffragijs damnati atro notarentur calculo: & apud nos uetus consuetudo, ut in re lugubri stratis utamur atrii coloris, quasi monimentis personæ restinctæ et iacentis fortunæ. quorsum igitur adagium? ut hoc omnes sentiant, aut etiam fateantur, puto, sceleratissimum quēnque ex hominum societate abigēdum tanquam belluam infausti ominis.

Apolo-

HENRICI FARNESII  
Apologus de Capro & vulpe quòd à nemine  
magis quàm à se ipso decipiatur im-  
probus. VIII.

**E**ST peccati vis & contagio longè deterior,  
quam vlla fortunæ calamitas. potest n. quis in  
calamitate vir esse bonus, non ptest in peccato. qui  
enim duo sunt perniciosissimi peccandi consules ap-  
petitus & consensus, ambo hominem à ratione ab-  
ducunt, qua detracta, nihil videtur non esse mali in  
homine. hoc bellè de capro & vulpe Apologus. Nã  
(si quis rationis est afflatus) appetitus, in peccan-  
do, vulpem: consensus olet hircum. in appetitu quip-  
pè fraudem cernimus, quæ est vulpeculæ. malum e-  
nim quod est, nunquam in consilium appetitus ad-  
ducit, nisi specie boni, & quasi quadam commenda-  
tione honesti. in consensu autem verissima est hirci  
nota, qui in turpitudine sensuum decipitur volupta-  
te, ut hic loquitur Apologus. vulpes, & Caper unà  
aliquando iter habebant, æstu feruente: cumque siti  
exardescerent, puteum qui fortè aderat, non procul  
animadvertunt. accurrunt igitur, in eum descēdunt  
cumq; potu se ingurgitassent, tum vulpes capro de  
exitu desperanti, forti, ait, animo esto Caper. Nam  
te docebo iam exitum. tu rectum te erigē primori-  
bus pedibus ad parietem admotis: deinde cornua,  
adducto ad pectus mento reclina: Ego autem per  
terga cornuaque tua transiliens iter aperiam: atq;  
statim ubi euasero te sublimem foras auferā. quid?

reperit

repente euolat vulpes: caper verò ludibrio læsus in  
 imo putei tandem contabescit mærore. quorsum?  
 hoc spirat apologus, peccantis voluntatem etiam è  
 peccati faucibus, leui consensus auxilio, posse euola-  
 re: consensum verò è peccato tanquam ex immensa  
 voragine, ne voluntate quidem iuuante, satis posse  
 emergere. Nam qui, in crimine, consentit opus per-  
 ficit. neque n. peccata ex euentu, sed ex affectu sunt  
 metienda, quare si facta, infecta reddi non possunt:  
 consensus in peccati gurgitem semel detrusus, non  
 potest non iacere. quæ res improbum hominem, etiã  
 in voluptate, amariorum facit. Atque tripertitus  
 maxime est hominis improbi consensus, vnus con-  
 sors cupiditatis: alter iracundiæ socius: tertius libi-  
 dinis minister, qui omnes è Capro cernuntur tanquã  
 è speculo. Nam vt Capræ, sole vergente in occasum,  
 omnes se, inter se, auertunt: sole contrà in meridiem  
 succrescente pascunt aduersæ: ita improbi vbi sol re-  
 cedit felicitatis, statim se auertunt atque ab alienant  
 ab amicis, sin cum splendore cõmodi accedit, ad eos  
 se non solum omni studio & opera conuertunt, sed  
 etiã vultum & orationem accommodant. quid? nul-  
 la lues tam impura: nulla tã obscæna libidinis est tur-  
 pitudo, cuius in ea animãte non cernatur veluti quæ-  
 dam imago, neque id adeo, quod à primo sui ortus  
 tempore, hircus ad extremum vitæ, diffluat libidi-  
 nẽ, quã quòd solus, inter omnes animantes, patia-  
 tur in oculis femellam suam ab alio iniri. quare tri-  
 to iam sermone prouerbio solet is Herci nomine vul-

R go va-

go vapulare, cuius coniunx non veretur se adulteri  
 flagitio polluere. Atque ne in re turpi & impudica  
 multus sim, quæ fax est iracundia, quæ macula,  
 cuius non aperta & evidens appareat in capro figu-  
 ra? ita est, ut res pro se loquitur. quemadmodum ca-  
 per exitiosus est plantis, diciturque Caper à Carpen-  
 do quòd à plantis simul vitam carpit cum surculis,  
 ideoque morsu eius facile omnes moriantur: ita sce-  
 leratus innocentibus semper est perniciosus: nocen-  
 tibus ne utilis quidem. quid? nunquam caper est sine  
 febre: nunquam sceleratus sine ignominie flamma,  
 & sceleris incendio. quid multa? caper præter na-  
 turam cæterarum animantium, quæ gregatim alun-  
 tur ab hominibus, neque ire nouit ad pascua, neque  
 domum redire sine pastore: vitiorum gurges & im-  
 purus flagitiorum belluo ita ratione & iudicio est  
 exhaustus, ut solus in terris præter hominis naturam  
 nec præstet quod debet, & deserat quod non debet.  
 atque ut eò undè digressa est, redeat mea oratio, ut  
 Caper in puteo, ita improbissimus quisque in pecca-  
 to torquetur & exeruciatur conscientie suæ stimu-  
 lo. quid? non sitis, non egestas, non vlla denique  
 peccandi causa est, cum honestius sit mori, quam pec-  
 care: & pati suauius cum virtute, quam cum vitio  
 bacchari voluptate. eger eque longe utilius cum Di-  
 ni tranquillitate, quam affluere cum anxietate &  
 periculo.

Emblema

Emblema quòd Alecto furia infernalis figuret,  
quàm turpis sit ortus peccati, quàm cibus  
pniciosus & exitus miserabilis. IX.

**A**LECTO omnium iam opinione inueteravit.  
pro peccato: nec vlla est peccati turpitudine,  
quæ in imaginis eius nõ inuoluta sit tegumentis. qua  
re si vitam ageret peccatum, eumque sensum habe  
ret, ut ad sui terrorem, hominum oculis se contēplan  
dum crederet: non magis opinor Alexander Ma  
do à solo Apelle in tabula fingi voluit, quàm hoc ip  
sum peccatum fieri gestiret, ut iacerent cætera om  
nia sui simulacra: sola Alecto inspiceretur tanquàm  
vera omnibus lineamentis expressa sui imago. hæc  
enim non solum in oculos, sed etiam in mentem sic in  
currit intuentium, ut quæ latent in peccati obscuri  
tate, omnino illustrentur simulacro eius furie. quid?  
docet Alecto primùm ex ignorantia & improbi  
tate tanquàm ex turpissimis parentibus nasci pecca  
tum: natum deinde pasci omni turpitudinum infam  
ia: pastum denique & adultum suis aculeis & sti  
mulis, quasi venenatis serpentum morsibus confodi  
& lacerari. Est autem Alecto vna ex furijs infer  
nalibus, quæ effingitur hoc modo. Anus alata: cui  
ius caput pro capillis, anguibus est obuolutum: nudi  
quasi huc illuc circumuolās pedibus: matronali ve  
ste induta: angue horrido cinctā: læua gestans ser  
pentes tres: dextra facem ardentem: huic sacer e

T 2 bube

## HENRICI FARNESII

bubo avis mali ominis . quorsum ? nulla est peccati turpitudine, quæ in hoc monstrum infernale non se in-  
sinuet . Cur primum anus ? dicitur anus ab a pri-  
uatiua particula & νους mens, quasi sine mente &  
ratione, idest ignorantia ex qua tanquam ex altero  
parente stirps & semen nascitur peccati . Quid A-  
lecto ? significationem habet cupiditatis, quæ expleri  
& satiari non potest . dicta enim est Alecto ab a  
priuatiua particula & λυω desino, quasi nunquam  
cupere desinens . cupitas enim quæ procreatrix est  
peccati, vim & naturam obtinet alterius parentis .  
Ignorantia quippè stuprat cupiditatem, cupiditasq;  
ex ignorantia stupro non solum concipit, sed etiam  
parit peccatum . quare ortus is est peccati, ut nihil  
sit peccatum nisi stupri soboles, nisi infelicitatis hæ-  
res & infamiæ . quis cibus ? est peccati cibus lues  
impurissima & summa hominis turpitudine . Constat  
autem homo partim ex animo, partim ex corpore,  
partim deinde ex ijs rebus quæ tribuuntur fortuna .  
Turpitudinis vero, quæ est in animo, duplex est ratio,  
una in excessu, quæ superbia dicitur, altera in defe-  
ctu, quæ accidia vocatur: quæ item maximè vitupe-  
atur in corpore turpitudine, est bipertina: aut enim  
ad victum pertinet ut gula: aut ad sobolem, ut li-  
bido . Nam quæ labes homini inuritur, propter bo-  
na fortunæ, inde fit, quòd vel impediuntur ne felici-  
ter cedant alijs & est inuidia: vel à nobis plus æquò  
appetuntur, diciturque auaritia . ita verò animum,  
corpusq; simul & fortunã hominis polluit & conta-



minat. ira. n. fax & furia non solum mentem abdu-  
cit à ratione, sed etiam corpus viresq; à firma valetu-  
dine, nec ullam horret iacturam pecunia. hoc doctè  
Alecto. Nam quorsum caput eius, pro capillis, redū-  
dans anguibus? est illaqueata improbi hominis tur-  
pitudò vitiorum vinculis. Quemadmodum enim ca-  
put à capiendo est dictum quòd nervi & sensus ab eo  
initium capiant, ita cibi ventrisq; scelus, fons & ca-  
put est vitiorum omnium. quod & Aegyptij, ut ali-  
quando docerent non antè iusta soluebant, quàm ex-  
ta mortuorum quasi causam malorum omnium ex eo-  
rum cadaueribus eximerent: & latini capillos, qui his-  
morū tanquàm ciborū sunt excrementa, crines voca-  
re, à verbo græco κρινω iudico, non sunt veriti, quasi  
de omnibus piaculis in errore cibi, vis sit iudicij. om-  
nium optimè poeta, qui hoc loco serpentes ministrat,  
pro crime dixi quasi pro selere quo pascitur improbus  
Nam quatuor cum sint serpentum genera, vnum in  
visceribus terræ habitans, vipera: alterū in aquis de-  
gens, Anguis: tertium latens in syluis coluber: ultimū  
nascens ex sepulchris drago: quis non videt omnium  
turpitudinum cloacā esse hoc serpentū simbolo ex-  
pressam? nulla labes est auaritiæ: flāma nulla inui-  
diæ, cuius infamiā nō videtur vipera portendere. ete-  
nim sic auaritiæ feruet incendio, ut cum hiatu terræ  
pascatur, annuā tamen ferat inediā, metu ne aliquā-  
do terræ hiatus sibi sit defuturus: ita aestuat inuidiæ  
flāma ut femella maris voluptati in re venerea, inui-  
dens: caput eius in os insertū dentibus cōcidat. quidē

r

3

nullum

HENRICI FARNESI

nullū flagitiū est libidinis, nullū vētris & gulæ vitium,  
cuius infamiæ dedecus non videatur Anguis olere.  
Nam & rem veneream exercet cum ea animante,  
quæ non est ex suo genere: in quo ius violat naturæ:  
& eius abdomen est tam insatiabile, ut possit in In-  
dia, sicut refert Plinius, taurum vorare. nullus iū  
est pigritiæ torpor, nulla superbiæ macula, cuius non  
videatur sua natura nos coluber admonere. Nam  
quod coluber quasi umbras colens est dictus, id nihil  
est, si bene attendimus, nisi pigritiæ periphrasis, in re-  
prehensionem quadrans contabescentis otio: quod a-  
pūculas venatur in arborum fastigijs, earumque  
ova absorbet de loco sublimi, evidens est in eo super-  
biæ nota. dicta quippè est superbia à supereundo, hoc  
est plus, quàm natura iusq; patitur se attollendo. qd  
deniq; draco est iracundiæ typus, qui bellum conti-  
nenter exercet cum elephante, quiq; cōtaminato oris  
spiritu: dentibus & cauda nocet. quorsum est ab ira-  
to tribus modis iniuria, re, infamia, & persona. hic  
pastus hic ludus, hæc voluptas est peccati. quis de-  
mum finis eius est & exitus? unus ei certus est exi-  
tus qui se in omnes calamitates ingurgitat. hoc Ale-  
cto. Nam quorsum hæc angues tres læua tenens? de-  
xtra facem ardentem est manus utraq; per brachia  
protensa, eius, qua quisq; est, longitudinis terminus  
& finis. quare illæ, in peccati imagine finis habent  
significationem. at quid angues tres? quid fax? quid  
deniq; ei sacer Bubo? finis triplex est ratio. unus enim  
finis priuat: ideoq; mors finis vitæ dicitur. hic in A-

lecto trium anguium numero exprimitur. priuat. n.  
 peccatum hominem animi bono infamia: virium &  
 corporis robore, supplicio, & dolorum acerbitate: bo-  
 nis deniq; fortunæ, n. uicta & exilio. alter finis est  
 qui quem spectat terminum, attingit: ut finis sagittæ  
 ti est metam attingere. in eum peccati finem monstrā-  
 dum fax influit incensa. Nam improbi omnes ten-  
 dunt ad voluptatem, cuius desiderij incendio, quasi  
 quadam face exardescunt. tertius deniq; finis is esse  
 censetur, qui quod complectitur perficit, ut virtus vi-  
 rum bonum perficit. hic per bubonem, qui avis est in-  
 fausti ominis, is esse censetur, qui summam perficit  
 calamitatem: nec enim quicquā præter vitium ca-  
 lamitatem perficit: cuius Bubo apertam habet signi-  
 ficationem. Nam ut is ortum habet ex ovo à cauda,  
 quod præ pondere, ultimo loco caput moueat, ita,  
 cum præpostere omnia instituantur à peccato, nihil  
 ex eo cadit non turpe & infeliciter. quid? nihil inter  
 alites est Bubone infelicis quod uiuit stercore: lu-  
 cemq; fugit, atq; noctu eius ululatus ex sententia au-  
 gurum præsagium sit mortis. nihil scelerato, inter o-  
 mnes animantes calamitosius, qui non stercore sed  
 scelere, quod omni pedore est fœdus, nutritur: qui lu-  
 men fugit non solis, sed veritatis, qui deniq; ostentis  
 habet interitus & animi & corporis simul. Quare  
 nihil est in malorum opinione, quod non liceat à pec-  
 cato, eiusq; alumno homine improbo, metuere. quid  
 nudi illi pedes? omne quadrupes, ait Arist. habens,  
 multas pedum in digitos scissuras, à cartilagine

nūdas generat catulos cæcos, ut canis & leo. quorū  
 sum? quicquit parit, hoc est rationis honorisq; luce  
 carens: quo naturæ testimonio notatur is potius in  
 numero bestiarum quàm hominum esse habendus.  
 quod item in Aleto portendunt Ala. Neq; n. ei ad  
 volandum sunt adiectæ, sed ad intelligendum carni-  
 voras etiam alites ab improbo homine superari im-  
 mani quadam feritate.

Apophtegma quòd vespertilio quinq; attributa  
 representet improbi hominis. X.

**N**EMINEM magis quàm se ipsum decipit  
 improbus. duo igitur improbi homines cum  
 de optimo vitæ genere aliquando inter se digladiarē-  
 tur: in eosq; fortè Agis Lacedæmoniorum rex inci-  
 disset, illos acerbè, latenter tamen momordit, hoc a-  
 pophtegmate. quid, ait, an vos soli mortalium nesci-  
 tis vespertiliones occæcari sole? id verò quod quære-  
 bat minime quæres: sed falsè notans improbissimū  
 quemq; in vitiorū tenebris, plus satis videre: in virtu-  
 tū uero splendore, priuari omni luce. grauis uerò mor-  
 sus apophtegmatis, eòq; magis aculeatus, quòd in eo  
 queri non possint, dolere possint. Nā quinq; impro-  
 bo homini quæ sunt attributa, ita sub vespertilionis  
 nomine ita latent, ut possint intelligi, nō possint ma-  
 ledicti loco poni. sunt attributa hæc: lucem odit impu-  
 rus & dissolutus: animans anceps uidetur: uitaq; eū  
 egmes est cruciatus: uita honestatis exilium; quasiq;

quod uiuit, furtum facit. hoc per uespertilionem apophthegma. Nam quemadmodum uespertilio à sole raro, aut nunquam uisus est; ita natura improbo comparatum est, ut quod inhonestum sit, honestum putet luce carere. quare turpissimus quisque latibula suae turpitudinis quaerit, noctemque quasi condimentum sectatur suorum flagitiorum. Cur animans anceps & incerta homo uidetur improbus? quia ut homo intelligit: uiuit ut bestia. quod monstrare olim cum uellent Graeci Hippocentaurum effingebant, monstrum anteriore parte hominis: posteriore equi effigie referens. sed melius id forte apophthegma. quemadmodum enim tam anceps & dubia animans est uespertilio, ut neque mus possit dici quia uolat: neque auis quia pullos, non oua parit: quia dentes, quia lac & mamillas habet: ita homo perditus & dissolutus naturae uitio tam uariis, tam sui dissimilis est, ut neque bestia possit dici, quia damnatur iudicio & legibus: neque homo, quia non ducitur consilio & ratione, sed tamquam impurissima bestia liquefcit libidine, fluitque sensuum uoluptate. quamobrem in improbitate comes cruciatus? quia conscientiae stimulis continenter confoditur: nec si quae, in eo, mica est salis uoluptate potius debet delectari, quam de uitae suae turpitudine laborare. atque si ueritas limetur ratione peccatum summum est, uel potius solum malum. eius autem rei non leue est in uespertilionem argumentum: Nam ut caput uespertilionis, si Alberto Magno credimus, aridum ad collum suspensum impedit sonnum

num

num, ita qui scelus aliquod gerit in pectore, succum  
 statim & sanguinem amittit quietis, quæ n. quies pot  
 esse in summo malo? ea est peccati acerbitas, quæ nul  
 la flagitij incūditate lenitur: ea scelerati hominis vi  
 ta quæ non potest laxari cura, aut dolore esse uacua.  
 Cur eius vita. honestatis exilium? quia in improbo  
 homine nullus est virtuti locus: nihilq; in improbita  
 tis campo gignitur, quod honestum est: & si quid fo  
 ris accidit honesti, inseriturq; quasi in alieno solo, stir  
 ps eius statim & semen exarescit. Cuius rei nota  
 grauis est in vesperilione posita. Nam sanguis eius,  
 ut ait Constantinus, eo riget frigore, ut supercilia  
 auellat infusus, auulsaq; prohibeat renasci. quorsum?  
 peccatum est honestatis exilium: prohibetq; ab oc  
 culis mentis omnino quod est honestum. quid exi  
 lium honestatis? immo cloaca, atq; eluuius est turpi  
 tudinū omniū. Cur deniq; quasi, quod viuit, furtū cō  
 mittit? quia mors est peccati: virtutis vita: qua im p  
 bus cū fruitur, quasi fur rem alienā in suā conuertit.  
 quid ē homo impurus cū aut facit, quod non debet,  
 aut quod debet non facit, sibi contra ius fasq; usur  
 pat, quod non licet, furtumq; quasi, quod viuit, com  
 mittit. hoc bellè apophtegma. Nam ut vesperilio  
 in fanis circūuolat ad rapinam: omnesq; angulos &  
 latebras perquirat sacrilegij, lampadesq; demum ad  
 religionem incensas exiccat & restinguit: ita scele  
 re pastus, quod spirat, cum honorū offensione facit: q  
 viuit contra ius fasq; à ratura rapit: quod deniq; le  
 gibus & iudicio non mactatur inuis est exitium. Nā

qui virtutem lædit iuris, atq; adeo reip. euertit commune præsidium.

Similitudo quòd Vpupa & Talpa tanquam  
omnium malorum nota sit in im-  
probo homine. XI.

**N**ihil est peccare, nisi Gigantum more cū Deo  
pugnare: quod si extremæ est insanie, iure vi-  
dentur omnes, qui peccāt insanire. quid est igitur Im-  
probus? homo insanus & hostis Dei consceleratus.  
cur insanus? quia in malo qui nō dolet, pro sano non  
est habendus. quare Dei hostis? quia peccatum ab  
Improbo committi non potest, nisi cūm ab eo vel ap-  
petuntur, quæ Deus contemnit, vel contemnuntur  
quæ Deus appetit. ago tamen iam leniter & remis-  
sè. Quod est Vpupa inter aues & Talpa inter qua-  
drupedes: hoc est sceleratus inter homines, etsi non  
acres, at aliquos habet hæc similitudo aculeos. Nā  
quorsum in primis Vpupa? ea arte elaborata est upu-  
pæ similitudo, ut facile intelligamus à nemine quem-  
quam magis, quàm à seipso Ledi Improbum. Nam  
quid est improbus? hostis sui commodi: proditor sui  
nominis & famæ: ac deniq; carnifex crudelissimus  
sua salutis & vitæ: quod omne eminent in similitu-  
dine. atq; quemadmodum vpupa dicitur quasi vlula  
quòd noctu vlulet, quòdq; eius vlulatus ex augurum  
sententia, habet ostentum rei aduersæ, taciturnitas  
verò significationem secundæ fortunæ & optatæ: ita

HENRICI FARNESII

vix dici potest utrum improbi hominis officiat plus loquacitas, an profit taciturnitas. Nam etsi loquacitatis comes est petulantia: petulantia discordia: discordia odium: odij cædes & exitium; taciturnitas tamen non solum defleat ab earum rerum detrimento & ignominia, sed etiam corona est viri bene nescientis loqui. at ne longè abeam. Cur hostis sui commodi? quia vitium non solum refragatur moribus & honestati: sed etiam concordia & quieti. ideoque sceleratissimus quisque quod non debet vult in alijs reprehendere: quod autem debet non vult in se reprehendi: exulat demum is ab omni comodo. Nam ex bonis mala, & ex malis pessima querit. huc pertinet upupa quæ ab ululãdo, i. gemen- do, quasi ulula est dicta, quòd in tot incòmodi aculeis vix possit, sine gemitu, respirare improbus. quid proditor sui nominis & famæ? docet natura per upu- pam, quæ ut stercore humano pascitur, ex eoque ni- dum construit, ut continenter in eius pedore inuo- lutetur, ita impurissimus quisque vitium, quod ster- cus est rationis in homine, fædisime absorbet: eius- que turpitudine & dedecore nomen suum polluit & maculat. Cur denique carnifex suæ salutis? quia pena est peccati: quod qui committit, non magis videtur peccare, quàm mortis & iudicij reum se facere. quid? lacerat & conficit suum quemque vi- tium. atque quemadmodum, ut refert Albertus Magnus, qui upupæ sanguine instillantur, in som- nijs sentiunt demones, ab ijsque sibi videntur suffo-



## DE PECCATI IMAGINIB. I

cari, ita vigilantem etiam improbum peccati la-  
 quei, & scelerum catena ad mortem sic tenent con-  
 strictum, ut mori ei sit salutis loco & auxiliij. quor-  
 sum in similitudine Talpa? tria notat hominis im-  
 probi attributa. unum quod cito agit inconstanter  
 & sordidè: alterum quod serò aut nunquam sapit:  
 tertium quod ne mori quidem novit nisi miserè. quæ  
 enim vita, quàm inconstans, quàm sordida est im-  
 puri hominis? atque sicuti, ut ait Isidorus, Talpa  
 corpore similis est muri: rostro sui: oculis carens,  
 & in terra habitans, pedesque, ut manus hominum,  
 habes in digitos distinctos: ita Improbus sensus ab-  
 iectos habet ut mus: vitam sordidam ut sus: in ra-  
 tionis luce nihil videns, & in obscura vitiorum ca-  
 ligine est habitans: manusque pedibus talpæ habet  
 simillimas, in quo natura sordidissimarum bestia-  
 rum vitam videtur homini improbo exprobrare.  
 quid quod serò aut nunquam sapit? quoniam sicuti  
 quando moritur talpa, tum ei præ angustia disrum-  
 puntur oculorum repagula, incipitque moriendo vi-  
 dere, qui nunquam vidit in vita: ita sceleratus mo-  
 riens tum sapere incipit, cum sceleris gradum sit  
 difficile reuocare. Cur ne mori quidem novit nisi mi-  
 sere? quia qui nescit honeste vivere, ignorat benè mo-  
 ri: quorum alterum est ignorantia: improbitatis al-  
 terum: utrumque summæ infelicitatis. hoc ater Tal-  
 pæ color: qui color est mali ominis. Hi neui,  
 hoc maculæ in similitudine sunt peccati, quibus nihil  
 esse miserius peccato facile potest intelligi. Nam cū  
 ad

HENRICI FARNESII

ad agendum & intelligendum sit homo in lucem susceptus, id est ad felicitatem natus, ius eius & natura omnis peruertitur peccato.

Hieroglyphicum : quòd per chimæram quinque emineant peccati principia, voluptas: ignorantia : improbitas : praua consuetudo & negligentia. XII.

**I**N omni genere disciplinarum id, sicuti refert Antisthenes, non modo primum est, verum etiam difficillimum, quod turpe est dediscere. hoc est à peccato, ut ego interpretor, discedere. atq; ea ratione Isocrates duplicem mercedem, alteram altera maiorem petiit à Carone discipulo loquace : quòd ei duas facultates deberet tradere vnã silendi, alteram loquendi. Neq; enim in peccato, vllus est virtuti, in quo consistat locus, quare peccatum primum est tollendũ quod quàm ex obscænis fluat principiis, ut intelligerent mortales : Chimeram peccati hieroglyphicum fecerunt Aegiptij. peccati autem quinque hæc sunt primordia, ignorantia: improbitas : voluptas : consuetudinis deprauatio & negligentia. Nam peccandi semina vel in nobis sunt insita, vel foris assumpta : in nobis autem, quæ sunt, aut in mente resident, ut ignorantia : aut in voluntate, ut improbitas: aut in sensibus, ut voluptas : sin uero foris, sunt as-

sumpta, vel in eo fons & caput consistit peccata,  
 quod cum omittendum sit, imitatur, ut deprauatio  
 consuetudinis: vel in eo, quod imitandum cum sit,  
 subterfugimus, ut negligentia: quæ omnia apertè vi-  
 dentur in Chimææ imagine elucere. Constat autem  
 eius Imago ex Leænæ ceruice, flammæ ardentes ore  
 spirantis: ex ventre hirci, & cauda draconis, im-  
 mani specie ad terrorem, expressi. quid ceruix leænæ?  
 significationem habet leænæ improbitatis. Etenim  
 præter cæteras animantes, contra ius naturæ, non  
 veretur alteri animanti, quàm quæ est sui generis li-  
 bidinis causa copulari, pellexq; fieri leopardi. in quo  
 eminens est flagitij & improbitatis argumentum. nec  
 ulla flagitiosa magis est improbitas, quàm turpis et  
 impudica voluptas. Cur ceruix siue caput? verum  
 germanumq; hoc loco Symbolum est ignorantie. Se-  
 ptem enim cum sint capitis foramina, tanquàm ve-  
 ritatis ostia & doctrinæ, cerebrum tamè in quo vis  
 & succus omnis est capitis, sensibus omnino destitui-  
 tur, qui eruditionis & scientiæ sunt satellites & mi-  
 nistri. ut enim neq; linguæ sapor ullus, neq; oculis co-  
 lor est aliquis singularis, ita natura ea est cerebri,  
 quæ planè expers est sensus, in quo est ignorantie ty-  
 pus: cum ignarus ita inanis sit sensibus, ut neq; vi-  
 den. videat, neq; audiens audiat. quid? si nihil est igno-  
 rantia, nisi turpitudinum omnium colluuiò; quid est  
 caput nisi ignorantie symbolum, cum quasi quædã  
 cloaca sit sordidissimorum humorum? per nares dif-  
 fluit pituita: per oculos purgatur cholera: per aures  
 melancho-

HENRICI FARNESII

melancholia : per buccam & sputum sanguis . atque  
 sicuti ignorantia fons & caput est vitiorum omnium ,  
 cum nemo peccet nisi qui rationi nesciat parere , ita  
 caput veluti quedam radix est omnium sensuum à  
 quibus initium trahit , tanquam ab ipsis ignorantia  
 tenebris omne peccatum . quorsum Hirci ventres  
 venter notam habet desidia : hircus voluptatis . Est  
 enim animal petulans & semper libidine feruens :  
 nunquam non transuersum , ut ait Isidorus , aspiciens ,  
 unde ab aspectu hircus est nominatus . Nam hir-  
 ci dicuntur oculorum anguli . Caper item dicitur à  
 carpendo hircus : carpit voluptuosus etiam in eo læ-  
 titiam , in quo est ingemiscendum : ille noctu videt , hic  
 in vitiorum tenebris : ille male olet , hic obscæna etiã  
 crepat : ille male audit quia auribus spirat , hic quia  
 vapulat omnium sermone : ille ita effervescit , ut nun-  
 quam careat feбри , hic ita diffluit voluptatum leno-  
 cinio , ut continenter laboret animi morbo . quid ? ut  
 hirtus , sic libidinosus & impurus mortuus plus quã  
 vivens prodest . ut enim fel hirci sensum exacuit ocu-  
 lorum : iecur contra morsum canis rabie correpti re-  
 medio est : urina cum felle leprosis : ac demique ut  
 eius sanguis mirifice calculum in vesica dissolvit , ita  
 mors eius nõ potest non esse utilis cuius vita turpis  
 est & perniciofa . at cur ventres pigritia ventres est  
 imago . hic quippè , ut est in apologo , nihil agens mer-  
 cedem vorat manuum , ac industriam ceterorum om-  
 nium membrorum . atque ut à veniendo venter  
 est , quod ab eo , sicuti asserit Isidorus , cibus ve-

niat ad totum corpus : ita pigritia dicitur quasi pean  
 inērtia , quòd ab ea clausus sit ad virtutem aditus :  
 fiatque transitus facilis ad omnia flagitiorum gene-  
 ra . quid ? non magis aut fetus in utero , quàm in de-  
 silia adolefcunt omnia vitiorum semina : aut robur  
 virium ab aluo , qui ab alendo sic est nominatus , ali-  
 tur , quàm ab inertia omnes aluntur turpitudinum  
 maculae . ad quid denique cauda draconis ? imago est  
 prauae consuetudinis . Nam quemadmodum ibi ,  
 ubi est Draco , certa fit aeris contagio , eiusq; spiri-  
 tus afflatu , ceterorum quae spirant fit interitus : ita  
 sceleratus nullo in loco pedem imponit , in quo non  
 expressa relinquat sui sceleris vestigia . Nec quic-  
 quàm est eius consuetudo nisi quaedam colluies ma-  
 lorum & turpitudinis . Nam quòd venenum Draco ,  
 vt sentit Plinius , spirat adeo calidum , vt ex eius in-  
 cendio statim inflammetur aer : & ita in ipso oris e-  
 gressu inflammetur , vt non spirare , sed flammam ar-  
 dentes euomere videatur : longe hoc conscelerati ho-  
 minis consuetudine est tolerabilius , qui non aere  
 veneno , sed mentem mortalium scelere polluit &  
 contaminat : qui non feris bestijs , sed ipsis homini-  
 bus est exitiosus : qui denique non fucatum ignem ,  
 sed faces spirat vitæ consceleratae .

Exemplorum testimonia quòd Improbis iura  
perfringat & naturæ, & sanguinis &  
Religionis. XIII.

**Q**UEM ADMODUM hæc est in aconito ve-  
neni vis, ut sumentis interitum afferat tenui-  
tas, tueatur ab interitu copia: ita ferè fit in literis.  
his enim vix qui tincti sunt, ita turgent, eoque animi  
morbo laborant, ut eorum vita nihil sit desperatius:  
qui verò literis omnino aucti sunt, non tam literas pos-  
sident, quàm præsidia omnia salutis & vitæ. Quare  
qui viri sapientes sunt, qui pauci sunt, boni habentur:  
qui contra sunt rudes, quorum plena sunt omnia, ius  
quod non intelligunt, ne appetere quidem possunt, ne-  
dum diligere. Chrysippus itaque rogatus cur recu-  
saret gubernacula reipub. quia, dixit, si quis repu-  
malè gerat, deo displicet; sin benè, ipsis hominibus.  
quid tria cum sint, quæ sequantur sapientes hone-  
stum, utile, iucundum: eorumque declinent contra-  
ria turpe inutile & molestum: Improbi id omne  
peruertunt, violantque in eo ius humanitatis & na-  
turæ. nam quid attinet de diuino dicere? perfidia fi-  
dem aduersus superos faciunt in fabulis Poetæ. illis  
quippe si credimus, neque Iouis Imperium à Giganti-  
bus fuit intentatum: neque Iunonis pudicitia ab  
Ixione Thessalo tuta: neque etiamnum Immunis  
Pluto à mortalium rapinis, cuius opes quasi extra-  
hantur ab inferis à mortalibus. nemo potest non odo-

rari quid spiret fabula: quid igitur, an homini par-  
 cet impius, qui deo quasi manus inferre conatur? non  
 est uerisimile. an sanguini? ne id quidem. rei atroci-  
 tatem non obscura obcæcat oratio: sed Tantalus il-  
 luminat sui testimonio, qui, in epulis, Pelopem filium  
 potius quàm opes uorari auaritiæ causa uoluit. nul-  
 lum est societatis ius: nullum sanguinis, nullum  
 religionis in scelere uinculum. res turpis est & cala-  
 mitosa peccatum: improbus tantæ calamitati desti-  
 natus, ut calamitatis nomē uincat summa æternaq;  
 calamitate. quicquid enim in alios molitur, id ipsum  
 aduersus se machinatur. quod planè est miserum: hoc  
 longè miserius, quòd tanquàm Icarus & Phaeton  
 mauult cum opinionis suæ errore crudeliter mori,  
 quàm in uiam redire, atque demum cum ratione  
 uiuere.

Prodigium improbitatis ex risu & fletu.  
 XIII.

**D**OLOR & uoluptas, duo perniciosissimi sce-  
 lerum satellites non solum eò impurū & im-  
 pudicum hominem trahunt, ut nullum uitæ suæ tem-  
 pus uideat turpitudine uacuum: sed etiam ut, cum  
 gaudeat rebus turpibus & doleat honestis, iure sen-  
 tiant in suo dolore uiros bonos omnes gestire uolupta-  
 te: & in rerum suarum iucunditate, eos contabesce-  
 re merore. cuius rei iam infamia breuius ex horribi-  
 li prodigio, quàm ex rationis auctoritate penditur.

Nam quorsum, quòd ante Neronis mortem, in curia, ut scribit Xiphilus barbaricum murmur cum multo risu, & tumultum, in theatro, cum magno fletu, auditum sit, cum ibi nemo mortalium esset? peccatū, quod miseras omnes sua calamitate exæquat, quoque nihil est bonis omnibus spoliatus, hac prodigij infamia quasi in desperationem adducitur, quis enim ibi est scelerato aut sperandi locus, ubi ius & ratio in eius cruciatu exultat lætitia? aut eius in uoluptate non timendi tempus, cum in ea intuenda omnibus doleant oculi? Nihil improbo ad pænæ acerbitatem hoc uno potest accidere grauius. Nā quantum alij ex eius supplicio capiunt gaudij: tantum ille haurit ex eorum gaudio supplicij. id enim demum, aut potius id solum, in dolore, est summum malum: eorum iucunditatem augere dolendo: qui nostro cruciantur commodo.

Quòd peccati pænna & diuinis & humanis & naturæ irrogetur legibus. XV.

SI antè quis daturus esset pænna peccati, quàm peccaret, nemo, puto, est: qui allata conditione peccandi, non recusaret etiam in quæstu, peccare: sed quia voluptas, quæ præsto est in peccato, sentitur. Pænna uerò peccati, quæ procul sæpè abest, minimè sentitur, fit nescio quomodo, ut minus dolore possint mortales à peccato retrahi, quàm uoluptatis lenocinio ad peccandum concitari. Neque id dico, ut leges ad



crudelitatem exacuat. Nam inter crudelitatem  
 & vindictam hoc interest: quod vindictæ comes sit  
 iustitia: crudelitatis iniuria, quæ non adeo sæpe in  
 pœna consistit quàm in ipso pœnæ & supplicij aucto-  
 ritatum & vulgatum est exemplum Orestis. Nam  
 merito quidem à Clytemnestra, ob Agamemnonem  
 coniugem interfectum, supplicium sumitur, sed crude-  
 liter ab Oreste filio. Vindicta igitur proprie est, quæ  
 irrogatur legibus & diuinis, & humanis, & natura-  
 libus. Nec quicquid est certius, quàm supplicij vin-  
 culum in sacris literis. peccatum enim Cain non dissi-  
 mulauit dominus. quid dissimulauit? immo statim.  
 Nunc igitur maledictus eris super terram: cumque  
 operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: va-  
 gus & profugus super terram eris. magna verò in  
 hac sententia improborum omnium vapulatio. Nam  
 Cain aperta & evidens figura est prauis hominis: di-  
 citurque possessio non quia possidet peccatum, sed  
 quoniam possidetur ab ipsa peccati calumnia, quæ  
 græcè dicitur διαβολή. mitto quàm iudicium hoc sit  
 horrore plenum: quod nemo velis equisque, ut dici-  
 tur, non debet cauere. quid leges humanæ? recru-  
 scit in his peccati turpitudine pœnæ gravitate. eò enim  
 pertinent iuris & iustitiæ lacerti, ut, quemadmodum  
 sentit Draco, videatur vnum quodque peccatum de-  
 bere morte expiari. Nam si satius est mori quàm  
 peccare, quis non intelligit peccati crimen esse graui-  
 us, quàm mortis supplicium? atque si in eo quisque  
 est puniendus, in quo deliquit, peccati pœna omnis

## HENRICI FARNESII

videtur morte esse definita. etenim si nemo peccat nisi qui sensus abducit à ratione, id est à sua forma, siue anima, in eo item est puniendus, quod animam separat à sensibus. Quare T. Manlius Torquatus iure cum niteretur & iustitia, consulatum ad se delatum recusauit, quod cum admiraretur eius amici, rogarentq; cur id faceret: quia respondit neq; Manlius populi vitia, neq; Populus seueritatem Manlii potest pati. quorsum? Manlio inclinatis his temporibus, si utiremur iudice: legis certè quidem auctoritas minus iam hebesceret mortalium scelere. Nam quid de legibus naturalibus potest nobis in dubium venire? communis est quasi elementorum & naturæ lex, nedum animantium, ut nullum erratum quasi relinquatur inultum, quid? terra plagam quasi recognoscit delicti: quippè quæ serpentem qui hominem momorderit, non amplius suo gremio recipit: recognoscit item in ape natura, qui in ipso morsu hominis, interit amisso aculeo. Nam quorsum quòd scorpia tritus & vulnere quod inflixit, appositus vim habet remedij, nisi ut intelligamus peccatum nulla re melius quàm peccantis supplicia expiari? iure quidem id: hoc magis admirabile, quòd qui liquoris gula ventrisque sunt ministri, ipsi omnes ex planta sui sceleris supplicium sumant. vinum vitis radicibus fusum vitem necat parentem: oleum oleæ aspersum, ipsam matrem oleam interimit: mel apem genitorem eo si instilletur, quorsum? ex

tacitis naturæ legibus causa è medio tollenda est  
 peccati: nec minus sæpè mali est ferre peccatum  
 quàm facere. quod Solon cum animaduerteteret con-  
 senuit ciuitatem beatam esse eam dicere, in qua  
 non minus grauitè qui læsi non essent, quàm  
 qui laderentur improborum iniuriam tolerarent.  
 in quo si uelimus memoriam pristinae, multis an-  
 tè sæculis, peruersitatis refricare, intelligemus,  
 Albanorum familiam tanquam diuinitus de cæ-  
 lo lapsam summos viros, ad temporum tollendam  
 calamitatem & scelerum medecinam peperisse. fuit  
 quippè hæc familia semper scientiarum omnium  
 nutricula, causidicorum alumna, Cardinalium  
 procreatrix, atque maximorum ingeniorum do-  
 ctissimorumque hominum magistra. quid? Car-  
 dinalem modo Albanum Summæ sapientiæ anti-  
 stitem prætereo: qui non adeo sui ordinis dignitate,  
 quàm summa virtutum diuinitate vim & numerum  
 Dei opt; maximi videtur obtinere, eius domesti-  
 cae virtutis alumnus CLAVDIUM Albanum præ-  
 tereo etiam cum dolore, qui non solum iuris ci-  
 uilis omnia habet ornamenta, sed etiam ge-  
 nus quoddam disciplinae, omnium artium varietate  
 sic frequentatum, ut nihil ei neq; à natura, neq;  
 à doctrina deesse videatur. quæ enim maxima se-  
 ges est & materia virtutis, illa omnis est in ge-  
 neris nobilitate: robur autem omne & soboles vir-  
 tutis in acritate ingenij residet & rerum cognitio-  
 ne, ita ut redundet gloria, nec quicquam ei desit

HENRICI FARNESII

quod & ad stirpem vitiorum restringuendam, & ad  
virtutis dignitatem summis ingenij dotibus locuple  
tandam: & morum integritate exornandam perti  
neat. Nihil enim est, ut ille mecum aliquando, pec  
cati pena, nisi virtutis quasi quedam commendatio  
& gloria.

176  
DE OFFICII MEDII

SIMVLACRO,

Siue de virtutis Imaginibus.

HENRICI FARNESII EBVRONIS I. C.

& artis oratoriæ Regij interpretis

ἑγκώμιον :



**S**T officij nomen amabile : res  
caelestis & prope diuina. quare il-  
lud nunquam negligi : hæc sem-  
per à sapientissimis viris solet sin-  
gulari officio colere & obseruari. est  
n. nomen veluti nota rerum &  
imago, quæ non coloribus fucata collustratur oculis :  
sed quæ ratione & quasi diuinitus expressa cernitur  
animo. Nam vt à moneo monimentum, ita à nosco  
nomen est dictum, quòd scpe res incognitæ notæ fiant  
suo nomine. qua propter quæ ars est benè beateque  
viuendi, eam officium appellet Princeps eloquentiæ  
Cicero: virtutem ingenij & doctrinæ architectus Pla-  
to: morem hominum decus Aristoteles: legem iuris-  
consulti: ego nunquam verebor illa nomina rerum  
agendarum & viuendarum monimenta, atque uer-  
felicitatis simulacra esse dicere : quanquam tamen  
hoc item spirant, opinor, summa illa sapientis lumi-  
na. Nam quid est in earum rerum quæ fiunt, quæq;  
dicuntur, norma & præceptione, quod in illorū ver-  
borum

HENRICI PARNESII

bonum involucris non videtur delitescere? atq; officium  
 cum dicimus, nullo penicillo evidētius rectā vivendi ra-  
 tionem, quam hoc nomine possumus effingere. Ete-  
 nim cum ab efficiendo, quod iure fiat, officio nomen  
 sit impositum, quid est in communi vita, gloriosum  
 & laudabile, quod non elucescat in officij significa-  
 tione? sed fit officium gloriosius, quam dicitur: neq; nō  
 adeo verborum lumen morum disciplina desiderat,  
 quam actionis solertiam affectat & sedulitatem. uo-  
 cet Plato virtutem: quis non videt, ea duce, quæ se-  
 mita sit laudis & gloriæ, quæ ratione ad felicitate-  
 m trahatur curriculum communis vitæ? ut virtus  
 dicitur à viro, quasi viri ius, ita vir à vi est nomina-  
 tus, quo satis videmur admoneri nihil esse virtute ne-  
 que iustius, neque valentius: quippè quæ res tran-  
 quillas iustitia, turbulentas & bello ardentes re-  
 git virium robore. nihil est tam arduum, quo vir-  
 tus non potest eniti: nihil adeo voluptuosum, cuius  
 lenocinio & libidine possit virtus effeminari. Nam  
 virescit dolore, nec liquefcit voluptate. eam, morem  
 vocat à modo in Ethicorum libris Aristoteles. iure  
 quidem. modum. n. si tollas repente virtus fit vitium  
 quare ut mos dicitur à modo, qui metam eam præ-  
 scribit vivendi, quam difficile est attingere, non at-  
 tingere tarpe & periculosum, ita à mere morati u di-  
 cuntur, qui ita animo & vita sunt instituti, ut ratio  
 iusque postulat. atque ut peruersi mores periculosio-  
 res sunt, quam hostes crudelissimi, ita benè informa-  
 ti videntur communis vitæ oēs amplecti utilitates.

Non quia beneficij memoriam ministrant, obliuio-  
 nem iniuriæ: in agendo monimenta obseruant tēp-  
 rum, in contemplando negligunt quæ fluxa sunt &  
 eaduca: sed quia nihil est mos nisi eorum quæ fiunt  
 quæque dicuntur meta: nihil meta, nisi bene beateq;  
 viuendi modus: cuius in rimulas, qui introspiciunt  
 hoc certè vident, nihil more neque inimicius, neque  
 propinquius esse vitio. quam obrem officium Iuriscon-  
 sulti, non morem, sed legem à ligando voluerunt ap-  
 pellare, quòd officiorum uinculis vitæ laus omnis  
 tenetur constricta: eoque legum dicuntur tramites,  
 quòd in ijs sit solum quæ ad felicitatem tendit semi-  
 ta. quare nemo non stupidissimus intelligit legem &  
 virtutem voce solum, re autem vera nihil dissentire.  
 Nam si neque lex est sine virtute, neque virtus  
 sine lege, rationis auctoritate, quia conuertuntur  
 idem sint oportet. quorsum? gloriosum est, quocum-  
 que animum inducas, officij nomen: res vero adeo  
 laboriosa, ut vix quicquam sit laboriosus. Dicam  
 igitur primū de virtutis difficultate, deinde de sum-  
 ma eius, quæ difficultates omnes absorbet, dignita-  
 te. Nulla est virtutis, nisi in celum, via, quæ tot  
 difficultatibus est obsessa, ut facilius sit ignavis mori,  
 quam eam insistere. quare languori & desidia de-  
 ditis omnibus clausus est ad virtutem aditus. siqui-  
 dem otium non solum est virtutis, quæ in actione con-  
 sistit, exilium: sed etiam ingenij & doctrine, quæ la-  
 bore paratur, veluti quoddam exitium. Atque ut  
 malorum radix facile adolescit in otij campo, ita  
 virtus

sun.

HENRICI FARNESII

fundamenta virtutis & gloria bellè iaciuntur in fun-  
 do studij & solertia: quod ut docerent poeta aliquo  
 imaginis colore & pigmento fabulam Promethei fe-  
 cerunt veluti quoddam simulacrum virtutis. quid?  
 elegans est, & peruagata fabula in qua quid officij sit  
 non sentire stipitis est, non ingenij. Nam cur Pro-  
 metheus dictus est quasi a  $\pi\rho$  & unde eos hoc est ante  
 consilium, quod principium rerum agendarum fuit  
 ex consilio. quorsum iecur eius, ab aquila Iouis ali-  
 te confoditur, eiusque viscera distrabuntur, & distra-  
 cta reuiuiscunt? Nescit otari virtus, nec moritur,  
 sed virescit vulnere boni viri animus. illa. n. quia in  
 actione consistit, eo studio, ea cura distrabitur ut finis  
 unius negotij continenter principium sit futuri: hic  
 quia bona animi mala sunt corporis, ita instituitur  
 ut nihil aliud sit eius hæc vita, quam malorum tole-  
 rantia. quare de celo Promethei furtum? rapit vir  
 bonus alienum, non ut auarus & furax, sed ut amo-  
 ris incendio inflammatus. res enim est non hominis  
 virtus, sed dei. atque iccirco, ut res furtiva nec usuca-  
 pi potest, nec alienari. quid de celo? est calum domi-  
 cilium Dei opt. max. uerumque virtutis gymna-  
 sium. interrogatus igitur Anaxagoras cur na-  
 tum se arbitraretur, calum respondit & solem vi-  
 dendi causa. hoc opinor volebat dicere se ad agendum  
 & intelligendum esse in lucem editum. Nã uerum actionis,  
 in celi motu, est Symbolum; cognitionis in solis splendo-  
 re, quo in orbe terrarum illuminantur uniuersa, quid  
 ignis furtiuus? nota est ignis uirtutis, qua tanquam igne  
 obscurissima quæq; in tenebris cernitur



nihil est igne, nihil virtute purius. ille nunquam inter  
 elementa putrescit: hæc nulla labe, nulla macula po-  
 test contaminari: ignis abiecta attollit, elata depri-  
 mit, dura soluit: quæ soluta sunt densat & constrin-  
 git: quantoque maior est, tanto velocius in cælum e-  
 uolat. quid? quemadmodum sine igne nullas habere  
 minus artes mechanicas, ita sine virtute nulla posside-  
 remus vitæ communis suffragia. hæc enim honestum  
 quod est inuestigat prudentia, inuestigatum occupat  
 iustitia: occupatum defendit fortitudine, ac denique  
 eo fruitur, ubi res est in tuto, cum summa tempe-  
 rantia. nihil est utilius virtute, nihil tamen quasi  
 igne intractabilius. Nam, ut ignis multum habet uti-  
 litatis, vrit tamen si quis eo nesciat, loco, uti. Quare  
 ex eo igne, si modo poetis credimus, animati homi-  
 nes? quia non sensibus, ut belluæ, vivimus. sed ex ra-  
 tione, quam sola perficit virtus, quaque detracta, ve-  
 luti igne restincto, omnes mortui sumus. quæ enim ho-  
 mini potest esse vita sine sensu rationis, quam incun-  
 da in peccato, quod omni morte est deterius? atque  
 tam detestabile est peccatum, ut mors remedium pu-  
 tetur esse peccati, non pœna. at vivit. vivit? imo vo-  
 luptate gestit. siquidem ut insanus, ita sceleratus ri-  
 dens mortis suæ negotiū exequitur. Cur prometheus  
 in monte religatus? nihil in terris monte arduum est  
 magis: nihil virtute eminentius, quæ mortales ad  
 æthera vehit: nihil est ad virtutem tendere, nisi in  
 cælū ipsum ascendere. non est iter hoc fracti et iacen-  
 tis animi: non desidiæ & languoris: sed solertiæ,  
 sed

sed studij, & industria, quod sequi omnes velle de-  
 bent. Nam virtutem qui est adeptus omnia lucro  
 habet. verum angusta est cœli via: virtutis operosa  
 & difficilis. illa turgidos & fastuosos non capit ho-  
 mines: hæc etiam deturbat rerum fluxarum onera  
 gestantes. quid? ab omnibus rebus nudi sint oportet  
 & expediti, qui virtutum gradibus student in cœlum  
 ascendere. virtus enim & ars, ut ait Aristot. versan-  
 tur circa difficillima, vincunt tamen difficultates om-  
 nes utilitatis magnitudine. ars quippè opus: vir-  
 tus opificem perficit. quare qui se amat, virtutem a-  
 mabit. hoc spirat, vel loquitur potius fabula. mul-  
 ta sunt in virtutis difficultate, fortuna: plurima  
 natura in hominibus impedimēta. illa prætereo: hæc  
 Pythagoras cum monstrare vellet, quatuor homi-  
 num ætates, quatuor anni temporibus fecit similes:  
 veri adolescentiam: iuventutem æstati: autumno vi-  
 rilem ætatem: hyemi senectutem. quo nihil significã-  
 tius ostendi potuit hominis naturam omni ætate, re-  
 luctari virtuti. Nam si, ut illi placet, adolescentia  
 veris naturam comitatur, quod vere pascitur, quæ  
 adolescentiæ, macula veneris aut vera potest detrabi,  
 aut falsa infligitur atque exulat ab omni corporis flagi-  
 tio virtus. virtutum. n. decus si est vitæ integritas  
 et integritatis laus corporis pudicitia, quæ virtuti  
 libidine est reluctantiùs aut integritate accommoda-  
 tiùs? hoc flagitiosus si non sentit, quid eo stupidius,  
 aut si sentit, dementius? non potest neque vita frui,  
 neque bonis fortunæ diu uti, qui paret veneri. Nam

quærens.

Venus, ut est in fabulis, inimica est Palladi, Iunoni non amica: hoc est si bene attendimus, perniciofa est animo & corpori, id est vniuerso homini. quod igitur bonum est libido? non animi, quia eius est turpitudine: non corporis quia ea eneruatur: non fortunæ, quoniam dilapidantur opes. quid? an non voluptuosa est libido? si quæ voluptas est in libidine, non vera est, sed insidiosa, nec magis lenocinium eius est libidinoso iucundum, quam furioso laqueum. sed iucunda sit: acres tamen sunt eius stimuli: si abest quod amat libidinosus cruciatur: si præsens est feruet & anhelat. quare nihil est à virtute adolescentia dissidentius nihil item iuuentute, si Pythagoræ credimus, virtuti reluctantius. Nam si Iuuentus ætati hoc est iracundiæ, quæ natura Martem olet, est similis, non armorum furore magis trahitur, quam virtutum amore? nemo inficiatur. iracundus. n. ut furiosus, ferit & volitat. sæpè etiã non laceffitus insontes laceffit & vesano bacchatur clamore. quorsum? est iracundia nota rationis languidæ & debilitatæ. atque id est cur & femina & pueri & egroti, ac denique omnes, qui minimum animo valet, plurimum irasci solent, imbellis ne igitur iracundus? certè quidem. Nam quomodo poterit is vitæ periculis animo resistere, quem leuissimi quique iracundiæ uenti possunt de rationis sede deijcere? longè sunt validiores quàm iræ, timoris vires & lacerti. quare iram qui non potest arcere eum & in periculis metu frangi, & in cupiditatum lenocinijs par est diffuere voluptate.

Nans

Nam qui minima iræ scintilla incenditur, nõ potest  
 non libidinis facibus inflammari. atque ab eundo  
 ira dicta est, quod homines procul à ratione faciat i-  
 re: id est in summas scelerum turpitudines ruere. ea  
 quippe violatur iustitia: mansuetudo amittitur: con-  
 cordiæ fœdus rumpitur: lux denique restringitur ve-  
 ritatis. quid? nihil denique est ira nisi virtutum tem-  
 pestas, & vitiorum omnium propugnaculum, iræ  
 igitur incendio cum ferueat iuuentus, quæ sedes est in  
 iuuentute virtutis? res est difficilis virtus Iuuentuti,  
 virili ætati ne facilis quidem. Nam si hæc ætas in-  
 star est auctumni, quæ atræ bilis naturam imitatur,  
 qui dolus, si medicos cõsulimus, quæ fraus residet in  
 atrabile, quæ non metuenda sit ab ea ætate? nõ adeo  
 fraudis parens est melancholia, quã ea ætas melan-  
 choliæ. quid? hyemi denique senectutem Pythagoras  
 quando comparat, facit vt nulla sit desidiæ labes,  
 nulla inertie turpitude, quæ non videatur senectuti  
 singularis & propria. Nam ut pituita fons & ca-  
 put est pigrity, ita hyems procreatrix est pituitæ cui-  
 ùs indoles cum sit senectus, nullum est in pigrity fla-  
 gitium, quod à senectute nõ sit metuendum. quorsum  
 hæc? vt si hominum ætas omnis grauissimis & plu-  
 rimis causis virtuti est infesta, putemus facillimum  
 virtutis ad vitium: difficillimum vitij ad virtutem  
 esse transitum. reluctans n. virtuti est cupiditas: sen-  
 sus controuersus: natura mollis & lubrica, quorum  
 omnium nisi perfringantur repagula exterminatur,  
 atque procul exulat virtus. atque id est, opinor, cur

Magi apud Persas cum animaduverterent eam in nullo ætatis gyro & ambitu certam habere apud mortales sedem habitandi, nihil veriti sunt virtutem exterius hominis habitu, & peregrini imagine exprimere: cuius rei dedecore & ignominia grauiter meo quidem iudicio etiamnum omnes videmur vapulare. quod vagans & peregrina est in terris virtus. Nã, ut ait Plautus, quibus domi nihil est boni, dulcis est peregrinatio. quare cum vix sit in homine virtuti, in quo consistat locus, raro virtus est hominis inquilina, nunquam habitandi domina, semper hospes & alienigena: si tamen ei hospes potest dici, à qua præsens abest. atque id est, opinor, quod Magi volebant dicere, nihil inter mortales esse destitutius virtute, quæ quò diuertat sæpè non habet. Remissius certè quidem Græci, qui virtutem armatam finxerunt; nec id tamen sine morsu reprehensionis, quòd virtus sine vi, sine pugna capi non possit, nec fiat unquam ignavis præda. in quo multa sunt quæ dici possunt, multa quæ non dicendo etiam possunt intelligi. quid armata virtus? immò armatura est, quæ nec detrahi, nec penetrari potest. quare sapiens non solum semper armatus est, sed etiam vinci nunquam potest? quid inquam vinci nunquam potest? immò vincit omnia: nec antè quis vir bonus euasit, quam tolerando superarit uniuersa. quod Aegyptij ostendere cum vellent Amygdalum fecerunt virtutis Hieroglyphicum, ut nulla spes, opinor, ostenderetur adipiscendæ eius gloriæ, nisi ijs, qui v

ragines omnes earum rerum absorbeant, quæ in  
 acerbitate difficultatum omnium, sunt posita. Non  
 inane est nomen, magna etiam est dignitas arboris a-  
 mygdali, cuius nota virtus, quasi sua indole, effin-  
 gitur. Nam quorsum quòd hæc prima arborum  
 floret? quòd clauo infixæ fertilior redditur? quòd  
 denique ex duro amaroq; cortice fructum gignit sua-  
 uem & ebrietati controuersum? nihil est neque vigi-  
 lantius, neque patientius, neque temperantius vir-  
 tute. nec quicquam est nisi ebrietas est sine vino vo-  
 luptas, à qua ita virtus dissidet, ut quò propius quis  
 ad voluptatem accedat, eò longius aberret à virtu-  
 te. in quo non potest taceri vlllo modo, nec dici pro  
 dignitate, quam acres & acuti Gymnosophistæ apud  
 Indos fuerint Iudices. Etenim ut docerent nullam  
 pestem virtuti capitaliorem posse infligi, quam vo-  
 luptatem, nihil metuerunt virtutis splendorem scara-  
 bei nota adumbrare, quòd scarabeus ita abhorreat  
 à venere ut ne odorem quidem rosarum, quæ sacræ  
 sunt veneri, possit sine interitu sustinere. quorsum?  
 naturæ hoc testimonio aut virtus est deserenda, aut  
 voluptas: cui tam difficile est resistere, ut neminem  
 ferè sui non peniteat sine voluptate. voluptatem  
 igitur multi accusant, omnes quasi sequuntur. hæc  
 sunt de uirtutis difficultate, quam certè omnem ipso  
 virtus superat dignitatis magnitudine. quod aliquan-  
 do ut ostenderet Anaxagoras, manum fecit symbo-  
 lum uirtutis. interrogatus enim cur homo inter om-  
 nes animantes esset sapientissimus, quia respondit,  
 manus

manus habet. nec id temere. manus quippe, quasi  
 munus dicitur, quod omnibus inuolutum est uirtuti-  
 bus: uixq; ulla est euidentiore, quam manus officio-  
 rum imago. Nam ad agendum & intelligendum  
 homo cum sit in lucem editus. utrumq; mirè natu-  
 ra per manum prodit. etenim actionis duplex cum  
 sit ratio, una belli comes, altera pacis socia: alte-  
 ram manus, si contrahatur, fiatq; pugnus à quo pu-  
 gna nomen accepit, suo docet momento: quòd nerui  
 digitorum & articuli in unum simul ad uim & ro-  
 bur cernantur conglobari. alteram non obscure mon-  
 strat manus figura, si deducitur, fitq; ex pugno pai-  
 ma, quæ nota est uirtutis & iustitiæ qua tempore pa-  
 cis omnia reguntur. quinque enim cum sint, ut in-  
 quit Arist. ueritatis lumina, ars, prudentia, scien-  
 tia, intelligentia & sapientia, quis est tam rudis &  
 tyro, qui hæc non uideat digitis, qui iccirco dicuntur  
 digiti, quasi digesti, quòd his digeritur communis ho-  
 minum uita, significari? atque Anaxagoras iacens  
 & afflictum officium his naturæ signis erexit, &  
 tanquam ab exilio in manus hominum reuocauit.  
 doctè ille quidem. falsè certè magis Poetæ, qui a-  
 pud & Græcos & Latinos Faunum, unde fanum est  
 dictum quòd ab eo fausta ferantur omnia, simula-  
 crum fecerunt omnium uirtutum. at Deus factus  
 est pastoralis. cur pastoralis? quia nullius Imperio  
 res. melius pasci regi q; potest, quam uirtute, quæ  
 quia sola docet iusta dari à fando nomen cepit ha-  
 bere fauni. cur Deus? quoniam cum dictus sit Deus

## HENRICI FARNESII

ad dando, cui præsto est virtus, ijs bonis omnibus, quæ pertinent ad felicitatem videtur donatus. à Grecis πᾶν dicitur hoc est rerum uniuersitas, quasi Deus uniuersi. est enim virtus bonum, quo nullum in terris est melius, & in cuius possessione nihil deest, quo ad benè beateque viuendum opus sit. fitq; ea de re, vt Deo nihil sit quam vir bonus similis, quippè qui contentus cum sit, nullis rebus indiget, vel etiam redundat omnibus. quod enim bonum est sine virtute? valetudone? atqui hæc flaccescit statim cum corpore. an diuitiæ? non sunt possidentis, sed fortune. num voluptas? at dedecus cū morte immatura voluptuosus parit. quid? virtus, neque vt forma, consenescit: neque vt opes eripi & surripi potest: neque vt voluptas contaminari & restringi. quare virtus summum, aut potius solum potest dici bonum. Hoc faunus: hoc eius institutio, qui olim tanta virtute claruit, vt non solum pro virtute sit habitus, sed etiam pro Deo summa religione celebratus, ex cuius stirpe & semine profecta est, quantum auguror, præclarissima Faunorum familia. corroborarem id gentis eius summa diuinâq; virtute, nisi vnus instar omnium magnitudine animi & dignitate nomen ipsum etiam superaret virtutis vir Illustriss. PETRVS Faunus: Aquensis Episcopus splendor sui ordinis: eximium patriæ decus: ornamentum iudiciorum, & exemplar antiquæ religionis. solem item alij imaginem fecerunt virtutis, quod tanquam Sol, qui quasi solus est dictus, vna sola sit.



la sit virtus. atque hic sæpè multis coniectus est scrupulus, ut dubitarent plures ne, an una esset virtus, unam esse sustinuit multorum opinio: quæ etiam per Hebræorum animos peruasit. in hac item opinione fuerunt grauissimi philosophi Zeno Stoicus: Menedemus, Aristo, Plutarchus. uerum hæc opinio habet quendam aculeum, quem pati minime omnes possunt. at qui vs refragantur, id unum, quod illorum opinioni est proximum sentiunt, uirtutes omnes tam arcto societatis uinculo teneri constrictas, ut qui unam habeat, omnes possideat. sed nihil in discrimen, nihil in dubium uoco. sol, qui alio nomine Phæbus, quasi lux uitæ dicitur præclarum est uirtutis monumentum: quod nec iacens, nec otiosum unquam licet uidere: quo nihil est ad uitam, ad salutem neque utilius, neque illustrius. Persæ non solem, sed Gallum gallinaceum soli sacrum uirtutis fecerunt symbolum: neque uirtutis modo sed etiam regie uirtutis. qui sic? quoniam quæ uirtus est regia, illa maximè in iure & ferro est posita. quid? iuris est sapientia: ferri uirtus militaris utriusque indoles & imago expressa cernitur in gallo, non artis fucio, sed summo naturæ beneficio. at qui sapientiæ quatuor sunt attributa. unum quod sapientia est vinculum rerum humanarum & diuinarum: alterum, quod sapientiæ est aurum pro nihilo habere: tertium, quod robur & soboles virium superetur sapientis intelligentia & ingenio. ultimum denique hoc est, quod ex sapientiæ domicilio tollitur uoluptatis imperiū.

mirè id omne natura in Galli symbolo. Est Gallus  
 ales Apollinis, hoc est, sapientiæ typus. atque ille in  
 agris, dum pascitur, alterum oculorum humi fixum,  
 alterum in cælum habet elatum. quorsum? mitio ut  
 nonnulli volunt, aquilæ de cælo metum, & è terra  
 pastum necessarium, est opinor, in symbolo hoc re-  
 cunditum. ut neque deum amemus sine proximo,  
 neque proximum sine deo, in quo summum est sa-  
 pientiæ id est rerum humanarum & diuinarum vin-  
 culū. quid quòd, ut placet Alberto Magno, os Galli  
 si una cum auro colliquescat venenū sit auri? eius. n.  
 vi & natura potest aurum ad nihilum redigi, quod  
 neque igne, neque temporum vctustate potest com-  
 minui. quorsum? sicuti solet sapiens animi bona ma-  
 gni ducere: ita consuevit aurum, id est ludibria for-  
 tunæ pro nihilo habere. cur Galli neque buccinatum,  
 neque conspectum sustinet Leo? ingenium si bene  
 attendimus, ut est in omnium ore & sermone supe-  
 rat vires. doctè id per Gallum natura hoc ferè pro-  
 digiosè. Nam unde Gallus dicitur, nisi quasi Gal-  
 linæ mas castratus? aut cur hoc nomen accepit, nisi  
 quia solus auium visus est post homines natos castra-  
 tus? præclarum quidem omen sapientiæ: à qua so-  
 lum libido potest exulare. hæc sunt quæ in Gallo  
 eminent sapientiæ quatuor attributa. quid in ar-  
 mis? non Phæbi: sed Martis vim obtinet: inde  
 adagium ἀπεὸς νεοττοῦ: martis pullus. res enim bel-  
 lica quando tribus continetur rebus: armis, perso-  
 nis, & virtute militari, illæ omnes bellè in Gallo  
 galli.

gallinaceo elucescunt. Nam quæ in bello desiderantur arma? animi simul & corporis. illa salse notat Galli crista: animi enim armatura est virtus: hæc calcaria in talis Gallo addita. quibus intelligimus hostes esse fugiendos non cursu, sed ferro: non fuga esse superandos, sed viribus. qualis debet esse militis persona? hostibus, in primis, formidolosa; deinde suis gratiosa. utrumque Gallus. Nam ita gallum perhorrescit Tigris & Panthera, ut etiam ab eo caueant qui perunctus sit Galli adipe: atque ita mortalibus contra mortis pericula est auxilio, ut si Galli caro applicetur, eorum vulneri, qui icti sunt à serpentibus, venenum omne exhauriat, atque abstergat. quid ars bellica? Alektorium parit senectute ingrauescens Gallus lapillum, qui gerenti vires ministrat, ut aiunt & animi & corporis. quid multa? in augurali disciplina galli concentus significationem habet victoria. Nam illa avis solet victa silere, & ubi vicit, canere. quid? noctu hæc ales sic excubat animo, ut & prima & secunda, & tertia vigilia exclamet, si recte attendimus, surgite: diu vero sic nititur ut tota corpore ad commune sui consortij commodum sit intentata. Neque ob id solum ales hæc censetur esse Apollinis: sed quoniam etiam eius numen aduocare & veluti proprijs canticis assurgenti videtur applaudere. assenerant hoc ipsum temporum monimenta. Nam Idomenei qui cum Hectore singulari certamine pugnavit Clypeum gallo gallinaceo insignitum iccirco fuisse

HENRICI FARNESII

Pausanias tradit, quod is à Minoe & Pasiphae duceret originem, quæ Apollinis filia fuit, cui gallum esse dicatum temporum antiquitas celebrat, quæ res Galleranorum familiae magnus, meo quidem iudicio, ad gloriam, accedit cumulus. Hæc enim tanquam ortum traxerit ab ea gente, vel potius ab Apolline, quasi tantæ antiquitatis superstes hoc ipsa adhuc retinet in galea sui imaginis insigne, quod olim susceptum est ab Apolline, nec desunt temporum argumenta: quibus cur genus inde trahat possem probare, nisi ipse ita mihi summa sua virtute vnus extorqueret FACIVS Galleranus, vt, cū eius bonitas summa artium comitatu sit stipata: ars incredibili solertia & studio munita, virtus eius non videatur esse horum temporum, sed summæ antiquitatis: non hominis, sed ipsius quem modo nominavi Apollinis. Græcos interea non prætereo, qui tanquàm boni officiorum ratiocinatores Clauam Herculis indolem fecerunt virtutis, nulla quippe sunt bonorum monimenta, nulla virtutum præsidia, quæ quis inuestigare & odorari non possit in clauæ eius notis & monimentis. claua enim fiebat ex robore Iouis arbore, nec extorqueri Herculi poterat. quia virtute nihil est corroboratius, quæ nec eripi bono viri potest, nec surripi. illa armabatur Hercules: hac vir bonus ita munitur, vt cum omnia luero habeat, minime lædi possit. ille aduersa sustulit digladiando: hic ferendo, vincit omnia. dictus est Hercules, si vim tenemus nominis, quasi laus & gloria orbis terræ. quo

nominis

nomine admoneri videmur nihil esse in orbe magis viro bono laudabile, nihil homini cum deo copulatius virtute. Nam eorum quæ amant homines, quædam deo displicent, quæ contra deus diligit, non placent hominibus: sola virtus & deo simul arridet, & mortalibus. quid multa? nihil est dignius, nihil valentius virtute, quod aliquando, ut demonstraret Imperator Gordianus virtutem Masculam effinxit in numismate, cuius hæc erat species: imago senis barbati: stantis: nudi: clauæ innitentis, cuius brachia leonis spolio erant aduoluta. quam imaginem non solum probo, sed etiam ab omnibus probandam puto. Nã quorsum viri imago? nescit virtus subijci: diciturq; virtus iccirco à viro: mascula verò à Marte ut cæli Iouis & Iunonis credatur filius fateamur virum bonum cæli & terræ non esse villicum sed utriusque hæredem, & habitandi dominum quid senis effigies? senectus græcè dicitur γυρας id est honor & præmiũ, quo notatur mortales virtuti omnia debere: mortalibus pro virtute tradi honorem. idq; constat nature & hominum legibus. aperte enim natura, senibus esse parendum docet in elephantorum genere: homines autem non obscure. nam & Lycurgi & Zenonis & Zeleuci legibus cauetur senibus assurgendum esse. quare barbati? barba ornamentum est hominis: ornamentum decus agere, atque id est cur amare, quam amari sit melius, & dare quam accipere honestius. res enim est effeminata pati, virilis & gloriosa agere. cur stantis? quia nescit virtus iacere, sine cuius præsidio

HENRICI FARNESII

praesidio nulla vitae communis laus, nulla salus reip.  
 potest stare. quid nudi corporis? tanquam ad Asy-  
 lum templum, ad virtutem confugiendum est. res om-  
 nes sine virtute graues sunt & acerbae: sola virtus  
 ab aliis rebus nuda per se est contenta, nec fuco, nec  
 ullo simulationis artificio tegitur: sed aperta & nu-  
 da conspicitur. cur clauae innitentis & re clamat vir-  
 tus, si bene attendimus, viris languori deditis, &  
 etio congelatis. nullum enim robur est consilij, nul-  
 la vitae libertas sine virtute, nulla miserior seruitu-  
 tis conditio, quam voluptati seruiantis: in quo hic  
 me mordet aculeus, quod cum libertas commodè non  
 possit, aut nullo modo possit retineri sine virtute, li-  
 bertatem tamen omnes appetent, pauci virtutem:  
 quid enim est aliud ab officio hominis recedere, quam  
 se in infimum communis vitae gradum deturbare?  
 longe est gloriosius virtutem retinere sine vita, quàm  
 vitam sine virtute. miser enim quis potest esse in vi-  
 ta, non potest esse in virtute. itaque Romani virtu-  
 tem Deae formarunt imagine. non quia maluerunt  
 noua hieroglyphica excogitare, quam ab aliis exco-  
 gitata imitari: sed ut hoc imaginis testimonio nos mo-  
 nerent, nulla re homines propius ad deum accedere,  
 quam virtute. erat Dea alata, candida veste indu-  
 ta, cuius delubrum sic erat constitutum, ut ad hono-  
 ris aedem nullus pateret accessus, nisi per illius adi-  
 tum. at cur dea? quia sicuti aliquando Aesopus,  
 à quo Chilo quærebat quid ageret Iupiter, respondit  
 hoc Iouem machinari, ut res grandes deprimeret: in-  
 firmas

firmas attolleret: existentes deleteret, & deletas restitueret, ita hæc est virtutis vis & natura, ut quæ difficillima sunt leuia faciat, & expedita, atque contra turpia ex facillimis reddat difficillima: quid? virtute duce facilis est mortalibus in cælum ascensus: eaq; magistra ita instruuntur mortales, ut grandia animo appetant: appetita suscipiant fidentia: suscepta tolerant patientia: tolerata ad exitum perducant perseverantia. quare denique vestium candor est candor color felicitatis. atque iccirco & candidati solent apud Romanos magistratus petere: quod eorum finis sit civium felicitas, & à Thracibus qui dies erat fortunatus, albo, qui aduersus atro notabatur calculo. Hæc sunt de virtute, quam suis imaginibus, cum nihil in terris ea sit melius representandam duxi. nec enim minus mouent exempla, quam instruit eruditio. quid inquam minus? immo cum oculi eorum quæ fiunt acres sunt & acuti iudices: aures tardi, & hebetes: ipsæ rerum imagines noua excitant: inueterata renouant: & renouata reddunt sæpè meliora.

FINIS.

Borgninus Cauial. Vic. Epis. G. vidic

Inquisitor Papien.

DE OFFICII MEDII  
SIMVLACRO,

Siue de peccati Imaginibus loci.



1 **P**EC CATI detestatio : si-  
ue Improbi hominis Mon-  
struosa Imago.

2 *Αντιπαράδοξον*, quòd iure  
possit peccatū accusari : nō  
possit non falso defendi.

3 *Καταλεξι* Definitio: quòd Peccati res sit per-  
niciosa : nomen Infame.

4 *Αλληγορια*, quòd Peccatum nihil sit nisi men-  
tis cæcitas : Infania voluntatis : rationis  
pellex: Iudicij infantia: sensuum morbus,  
ac denique morum pestis & contagio.

5 *Κατα φυσιογνωμιαν*, quòd oculorum pupillæ  
breues & retractæ peruersitatis in homine  
sint interpretes & nunciæ.

6 Fabula, quod Circe, quasi quædam sit Pecca-  
ti facies: eiusq̄, quatuor causarum figura.

7 Adagium, quòd exterminandus sit Impro-  
bus tanquam bestia Infausti ominis.

8 Apologus de capro & vulpe, quod a Nemine  
magis, quã a seipso decipiatur improbus.

9 Emblema, quòd Alecto furia infernalis figu-  
ret quam turpis sit ortus peccati, quam per-  
nicio-



niciosus cibus & exitus miserabilis.

10 Apophtegma, quòd Vespertilio quinque attributa representet Improbi hominis.

11 Similitudo, quòd Vpupa & Talpa tanquam nota in Improbo homine sit omnium malorum.


12 Hieroglyphicum, quòd per Chimeram quinque emineant Peccati principia, Voluptas : ignorantia : improbitas : deprauata consuetudo, & negligentia.

13 Exemplorum testimonia, quòd Improbus iura perfringat & naturæ, & sanguinis, & religionis.

14 Prodigium Improbitatis ex risu & fletu.

15 Pœna peccati, quòd & diuinis & humanis & naturæ irrogetur legibus.


1 De officij medij simulacro siue de virtutis imaginibus. *ἐγκώμιον.*













OLIVIA

CICERO



19.366

20